VITT EMANUELE

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
68
13 D
77

68.13.D.77

68.13.8.77

COMPEDIVM TO-
tius Grammatices, ⁊ artis Metrices Cantalycii, viri vndequaqʒ doctiſſi mi, nunc demum ab infinits erro ribus quibus antea ſcatebat vindicatum, atqʒ cum ſum ma fide excuſum.



Lælij Viterbienſis Poetæ clariſſimi, Epigramma in Cantalicij præcepta grammatices.

❧ Noſtin Cantalycum puer docentem,
Audiſtin iuuenis, docetq; forſan?
ſeu fama ingenii petis virum ſeu
Forſan cernere: grammatis latini
Plenam grammaticam cupis? libenter
Hunc librum teneas, lege & libenter.
Docti eſt Cantalycii hoc opus, latinæ
Linguæ exordia continens & artem.
Dignas Cantalyco referq; grates,
Scriptori precium decens & amplum

Auguſtini Almandiani Viterbienſis in idem tetraſtichon.

Diſcere quiſquis amas ſine præceptoribus, artis
Quicquid grammaticæ ſermo latinus habet
Cantalyci facunda mei præcepta magiſtri

Perlege limati, ſic cito doctus eris.
Eiuſdem ad idem hendeca ſyllabum.

Quiſquis Cantalyci leges libellum,
Securus reta per leges amara.
Iam tuto Heſperidum legenſq; poma
Ac ænigmata Sphingos atra noſces,
Finem olim tibi candidumq; verum,
Sumas principium hinc, & omne lumen.

Eiuſdem in artem metricam.
Tu qui ſcandere percupis ſororum
Culmen Theſpiadum, ſacrum meloſq;
Phœbi noſcere qui intendis almum.

Hoc cum Cantalyci potes libello,
Qui cultam breuiter recludit artem
Paruo codice, non enim laboris
Hic vſquam locus eſt grauis, ſed amplum
Oſtendit Clarii dei decorem.

Ad idem Ioannis Baptiſtæ Connexani hexametrum.

Miraris forſan, lector placidiſſime, vatem
Cantalycum natio notum, noſtrumq; magiſtrum
Ædiderit rurſus cur hoc opus, ecce fatebor,
Sed breuiter, quæ cauſa fuit, tamen ipſe docebo.
Bybliopola ſolet peruertere ſæpe figuras,
Poſtquam cum Cerere & Baccho ſua prælia fecit.
O quot tunc veniunt errores! ſomnia quotq;
Dicant lectores ſic cum legere poetas.
Cantalycus nitidus terſuſq; & nobilis, ergo
Hanc operi ſtatuit meliorem reddere formam.
Hoc igitur mercare puer, ſi grammata noſſe
Affectas, aperit quod mille volumina narrant,

Pyrri Iacobini Cantalycii diſcipuli in Cantalycii eiuſdem præcepta grammatices hendecaſyl. ad ſcholaſticos pueros.

Multi grammatices dedere libros,
Conati breuibus placere chartis,
Noſtros ſed melius poteſt nec vllus
Ante hac Cantalyco, licet videre.
Verum ſi fateor nihil redundat
Ni deeſt facilis, breuis, politus.
Quare non minimo petendus aſſe eſt.
Ceſſaris pueri, nihil putatis?
Hic fiunt homines breui diſerti.

Eiuſdem in artem metricam

Parnaſum pixere deos, dixere ſorores
Incolere, & latices inde venire ſacros!
Inde choros vatum numen traxiſſe putarunt,
Hic eſt ſi neſcis, hic erit ille locus

Peti Antonii Pupolonii ad idem hexaſtichon, Ad pueros ſcholaſticos,

Grammaticus quicunq; puer cupis eſſe, libellus
Hic dabit, hoc poteris quod cupis eſſe, breui.
Cantalyci quem muſa tuos miſerata labores
Aedidit, optatum dirige mentis opus,
Delitias hoc eſſe tuas (mihi crede) putabis,
Dum manus aſſidue nobile voluet opus.

Ioannis Pauli, eiuſdem Cantalyci diſcipulis hendecaſyllabum.

Siquis vult placidas videre Muſas,
Tollat Cantalyci hunc breuem libellum,
Quo me iudice non ſecus ſonabit,
Quam ſi caſtalias bibiſſet vndas.

Iacobus Cantalycus Cantalycii diſcipulus.

Docta cupis latiæ qui noſcere dogmata linguæ,
Lactea Cantalyci perlege verba tui.
Hic veterum penitus mendoſa volumina vitat,
Hic dabit in magno vel a ſecunda mari.
Hoc duce noſces doctorum ſcripta uirorum,
Nec poterit nitidum lædere liuor opus.
Antonii Fabri Amiternini.
Quiſquis amas latio fieri ſermone diſertus,
Siue cupis famæ ſemita longa tuæ,
Iſta Palæmonica quæ ſunt deſcripta papyro
Diſce puer, ſunt hic nux, pila, turbo, trochus.

Finis.

¶GRAMMATICES atq̃ Metrices Canones cōpendioſſiſimi, in gratiam eorum qui cito atq̃ abſq̃ magno labore, tedium il lud deuorare cupiunt, author Cātalycio, viro eruditiſſimo Cantalycus Auguſtino Almadiano Viterbienſi. S. P. D.

AVARITIA Fecit mi Almadiane, ꝙ Grāmati ces canones, quos iam pridē cōdiderā, ab impreſſoribus huius noſtri tēporis mēdoſe iprimerentur. Nam cū ego opuſculū illis ſæpius denegaſſem, idq̃ ſcholaſtici pueri inſtantiſſime imprimēdū efflagita rent, ex impreſſoribus qdā Fulginæ, a puero (neſcio quo) exemplar illius clāculū mercatus eſt, cura uit ſine mora, Florētiæ, abſq̃ aliqua libelli recogni tione iprimendū. Qd ego nō potui nō moleſtiſſime ferre. Nō.n. mē doſa ipreſſio exire pōt, ſine authoris īfamia. Sic tamē, non medio cre i tam paruo libello, lucrū fecit Florētinus ille mihi amiciſſimus Bybliopola. Sed cū ego vigilias meas tā mēdoſe i māibus puerorū eſſe perſpicere, viſū eſt illi emendationi ſuccurrere, & nome ab ini quo malignorū iudicio redimere diligētius, Deſcriptū itaq̃ exēplar idē manū propria Venetis aliis ipreſſorib⁹ tradidi limatius iprimē dū, additis quoq̃ metricis breuiſſimis regulis, quas tu tantopere & præ cæteris cōꝓbaſti, tibiq̃ opuſculū dedicatˀ, q meorū ſtudiorū iu dex & patronus es ſtudioſiſſimus. Vale.

¶Ad Magiſtros Grammatices.

Tu qui Grāmaticā docere curas Tradēs principiū bonas i artes
Hunc tu Cantalyci breuē libellum, Concedas pueris tuis legendū
Quos optas breuiter tenere portū. Nō hic barbariē notabis vllā,
Non hic Syrmatis oſcitationes. Dulces ſed patieris hic labores
Et creſcet tibi turba de repente. Quiſquis ſub ferula tua p annū
Quærit grammaticus bonus videri Et vult Pierios ſubire lucos.
Eſt clarus, facilis, breuis, latinus, Et nugis alienus hic libellus.

¶Diffinitio Grammaticæ.

GRammatica, eſt ars qua latini ſermonis ratio & loquendo & ſcribendo recte percipitur, & eſt dux cuiuſlibet diſciplinæ.

¶Vnde dicitur Grammatica.

¶Grammatica dicitur a literis, quæ græce grammata dicūtur. Di itur ergo quaſi literaria, nam literæ faciunt ſyllabas, Sillabæ, di

ctiones,Dictiones,orationem,quæ grammatica appellatur;

Partes gramaticæ.

¶Partes grãmaticæ ſunt quatuor.Litera,Syllaba,Dictio,& Oratio.Litera,vt R,Syllaba,vt Ro,Dictio vt Roma,Oratio,vt Roma fuit terrarum nomina.

Quatuor aliæ partes grammaticæ.

¶Grammaticæ item partes sũt quatuor.Orthographia,Proſodia,Diaſynthetica,Etymologia,Orthographia,eſt recta ſcriptura.Proſodia,eſt acentus,Diaſynthetica,eſt conſtructio,Etymologia, eſt veriloquium.

Quid eſt Litera?

¶Litera,eſt minima pars uocis,quæ diuidi non poteſt.

Vnde dicitur Litera?

¶Litera.dicitur quaſi legitera,quia legendi præbeat iter. Vel dicitur alituris,nam antiqui ſcribebant in tabulis ceratis.

Quot accidunt literæ.

¶Literæ accidunt tria,Nomina,Figura,& poteſtas.

Differentia inter literam & elementum.

¶Litera,eſt nota elementi,Elementum,eſt ipſa pronunciatio.

Diuiſio Literarum.

¶Literarum quæ vigintiduæ ſunt aliæ ſunt Vocales, aliæ Conſonantes.

Vocales.

¶Vocales ſunt quinq̃.a.e.i.o.u.& vna græca,y.

Conſonantes.

¶Omnes literæ Conſonantes dicuntur,præter Vocales. Conſonantes autem diuiduntur in Mutas,Semiuocales,& Liquidas.

Mutæ.

¶Mutæ ſunt nouem.b.c.d.f.g.k.p.q.t. Dictæ autem mutæ, quia incipientes a ſeipſis,definunt in vocales.

Semiuocales.

¶Semiuocales ſunt ſeptem.l.m.n.r.s.x.z. Dictæ Semiuocales quia habent ſonum quaſi ſimilem Vocalibus, incipientes a Vocalibus & in ſe deſinentes.

Liquidæ.

¶Ex conſonãtibus etiam aliæ ſunt liquidæ,videlicet.l.m.n.r.Sed tamen vere liquidæ ſunt.l.&.r.ideo liquidæ appellatæ,q͞a præcedẽtes ſyllabas liquidas faciant,hoc eſt nunc breues,nunc lõgas,ſcili

cet ſi ſyllabæ præcedents fuerint naturaliter breues, aliter non.

H

¶ H Non eſt litera,ſed aſpirationis nota,ideo inter literas connumerari non debet.

Dipthongi.

¶ Dipthongis ſunt quinq; æ.œ.au.eu.& ei.quarum tres ſcribuntur & non proferuntur,ſcillicet.æ,œ.& ei,duæ ſcribuntur & proferuntur,ſcilicet au. & eu,vt audio & Theſeus.

Syllaba.

¶ Syllaba,eſt comprehenſio ad minus duarū literarū, prolata vno ſpiritu,ſed abuſiue vocales ſyllabæ quoq; dicuntur & ſyllaba per ſe nihil ſignificat.

Dictio.

¶ Dictio eſt minima pars orationis constructæ, & per ſe aliquid ſignificat,dicta a dicendo,ideſt ſignificando.

Oratio.

¶ Oratio,eſt dictionum ordinatio,congruam perfectāq; ſententiā demoſtrans,vt magiſter amat diſcipulos, qui diligenter literis incumbunt.

Partes orationis.

PArtes orationis ſunt octo.Nomē,Verbum Participiū & Pronomen,Præpoſitio,Aduerbium,Interiectio, & Coniunctio.

De Nomine.

Nomen eſt pars orationis declinabilis,cum caſu ſubſtantiā & qualitatem propriam vel communem ſignificans.Accidunt autem ipſi quinq; Species,Genus,Numerus,Figura,& caſu.Dicitur que nomē vel a græco onoma,vel quaſi notamen,eo quod illo cuiuſlibet ſubſtantiæ qualitatem notemus.

Quotuplex eſt Nomem.

¶ Nomen eſt duplex,Adiectiuum & ſubſtantiuum.Adiectiuum nomen eſt illud,quod variatur per tres diuerſas voces,vt bonus bona bonum.Vel per tres articulos coniunctos,vt hic & hæc & hoc fœlix,Vel per tres articulos partim coniunctos & partim diuiſos, vt hic & hæc omnis & hoc omne,& hic & hæc vtilis & hoc vtile.

Nomen Subſtantiuum.

¶ Nomen ſubſtantiuum eſt illud,quod variatur per vnū articulum tantū,vt hic magiſter,vel per duos articulos ad plus ,vt hic & hæc homo,hic & hæc aduena.

¶ Subſtantiuum nomen quotuplex ſit.

¶ Nomen ſubſtantiuum eſt duplex, Proprium & Appellatiuũ, Nomen propriuum eſt illud, quod conuenit vni ſoli, vt hic Virgilius. Nomen appellatiuũ eſt illud, quod conuenit pluribus, vt hic Magiſter, & hæc Schola.

¶ Species Nominum.

¶ Species nominum ſunt duæ, Primitiua & deriuatiua. Primitiua, vt mons, Deriuatiua vt montanus.

¶ Genera Nominum.

¶ Genera nominum ſunt ſeptem, Maſculinum, Fœmininum, Neutrum, Commune, Omne, Promiſcuum, & Incertum. Maſculinum, vt hic Magiſter, Fœmininum, vt hæc Schola, Neutrum, vt hoc Corpus, Commune, vt hic & hæc homo, vt hic & hæc aduena. Omne, vt hic & hæc & hoc fœlix. Promiſcuum, vt hic paſſer, hæc Aquila, Incertum, hic vel hæc dies, hic vel hæc finis, hic vel hæc ſilex.

¶ Nomina numeralia.

¶ Omnia nomina numeralia a quatuor vſq; ad centum ſunt omnis generis, numeri puralis & indeclinabilia. Alia vero declinantur plúratiue per tres diuerſas voces, vt ducenti ducentæ ducenta &c. ſimilia. Sed mille indeclinabile eſt atq; omnis generis, vt hi & hæ & hæc mille.

¶ Numeri nominum.

¶ Numeri nominum ſunt duo, Singularis & Pluralis, Singularis, vt magiſter, Pluralis, vt magiſtri.

¶ Figuræ nominum.

¶ Figuræ nominum ſunt tres, ſimplex, compoſita, & decompoſita, Simplex, vt iuſtus, Cõpoſita, vt iniuſtus, Decõpoſita, vt iniuſtitia, Vel ſimplex, vt animus, Compoſita, vt magnanimus, Decõpoſita vt magnanimitatis.

¶ Caſus nominum.

¶ Caſus nominum ſunt ſex, Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, vocatiuus, & Ablatiuus.

¶ Obliqui.

¶ Obliqui ſunt quinq;, ſcilicet omnes caſus præter nominatiuum qui ſolus eſt rectus

¶ Articuli.

¶ Articuli sũt tres, hic, hæc, hoc. Et in plurali, hi, hæ, hæc. Hic, præponitur maſculino generi, hæc, fœminino, hoc, neutri, hic & hæc,

communi,hic vel hæc,incerto. I

Declinationes nominum.

¶Declinationes nominum ſunt quinq;,prima,quæ habent genitiuum ſingularem in æ, diphthongo, vt hic poeta, huius poetæ, & hæc muſa,huius muſæ.Secunda,quæ habet genitiuum ſingularem in i,productam,vt hic dominus,huius domini,& hic deus,huius dei Tertia,quæ habet genitiuum ſingularem in is correptam,vt hic pater, huius patris, & hæc mater,huius matris. Quarta,quæ habet genitiuum ſingularem in us vel in u productam,vt hic viſus,huius viſus,& hoc cornu,huius cornu.

Prima declinatio.

¶Prima declinatio habet tria nominum genera.Maſculinum,Fœmininum,& Commune.Maſculinum, vt hic poeta, Fœmininum, vt hæc muſa,Commune,vt hic & hæc aduena.Et habet in nominatiuo quatuor terminationes,as,es,a,vt Aeneas,Anchiſes, Poeta,& vna Hebræam,iu am,vt habraham.

Secunda declinatio.

¶Secunda declinatio habet tria nominum genera, Maſculinum Fœmininum, Neutrum,Maſculinum,vt hic dominus, Fœmininū vt hæc ficus, Neutrum, vt hoc ſcamnum.Et habet in nominatiuo ſex terminationes,er,ir,vr,us,um,& eus.Er vt magiſter,ir, vt vir, Vr vt ſatur.Vs vt dominus,Vm,vt ſcamnum,Eus,vt Theſeus.

Tertia declinatio.

¶Tettia declinatio habt omnia nominum genera,& quinquaginta quatuor terminationes in nominatiuo caſu.

Quarta declinatio,

¶Quarta declinatio habet tria nominum genera,Maſculinū, Fœmininum,Neutrum.Maſculinum,vt hic viſus,Fœmininum,vt hæc manus,Neutrum,vt hoc cornu.Et habet duas terminationes in nominatiuo,in,us,& in,u.Sed terminata in,u,in ſingulari ſunt indeclinabilia.

Quinta declinatio.

¶Quinta declinatio habet maxime vnum genus nominum, Fœmininum,& vnam terminationem in,es,vt res & ſpecies.

Perſonæ nominum vel pronominum.

¶Perſonæ nominum vel pronominū tres ſunt, Prima, vt ego,Secunda,vt tu,Tertia,vt ille.Similiter in plurali,Prima,vt nos,Secūda,vt vos,Tertia,vt illi.Et omnes vocatiui ſunt perſonæ ſecundæ.

Et nota, quod omnia pronomina carent vocatiuis, exceptis quatuor videlicet tu, meus, noſter, & noſtras.

De Verbo.

VErbum, eſt pars orationis declinabilis ſignificatiua agendi, vel patiendi, ſine caſu. Accidunt autem ipſi octo, genus, tempus, modus, ſpecies, figura, coniugatio, perſona, & numerus. Dictum eſt autem verbum a verberatu aeris, eo ꝙ verbum proferendo aer verberetur, quod quidē præcipue huic accidit dictoni.

Genera verborum.

¶ Genera verborum ſunt quinq;, Actiuum, vt amo amas, Paſſiuū, vt amor amaris, Neutrum, vt ſeruio ſeruis, Cōmune, vt largior largiris, Deponens, vt ſequor ſequeris.

Tempora verborum.

¶ Tempora verborum ſunt quinq; præſens vt amo, præteritū imperfectum vt amabam, præteritum perfectū vt amaui, præteritum pluſquamperfectum vt amaueram, futurum vt amabo.

Modi verborum.

¶ Modi verborū ſunt quinq;, Indicatiuus vt amo, Imperatiuus, vt ama amet, Optatiuus, vt vtinam amarem, Subiunctiuus, vt cū amē Infinitiuus, amare.

Species verborum.

¶ Species verborum ſunt duæ, Primitiua, vt amo, Deriuatiua, vt amaſco.

Figuræ verborum.

¶ Figuræ verborum ſunt tres, Simplex, Compoſita, & Decompoſita. Simplex, vt amo, Compoſita, vt peramo, Decompoſita, vt peramaſco.

Coniugationes verborum.

¶ Coniugatione verborum ſunt quatuor, Prima, vt amo amas, & amor amaris & ſimilia, Secunda, vt doceo doces, & doceor doceris & ſimilia, Tertia, vt lego legis, & legor legeris & ſimilia, Quarta, vt audio audis, & audior audiris, & ſimilia.

Perſonæ verborum.

¶ Perſonæ verborum ſunt tres, Prima, vt amo, Secunda, vt amas, Tertia, vt amat. Similiter in plurali, Prima, vt amamus, Secunda, vt amatis, Tertia, vt amant.

Numeri verborum.

¶ Numeri verborum ſunt duo, Singularis, & Pluralis, Singularis,

vt amo, Pluralis, vt amamus.

Nominatiuus cum verbo.

¶ Nominatiuus cum verbo debet in duobus concordare, videlicet in numero & perſona, tam in ſingulari quam in plurali, vt ego lego tu legis, ille legit. Similiter in plurali, vt nos legimus, vos legitis, illi legunt.

Adiectiuum cum Subſtantiuo.

¶ Adiectiuum cum ſubſtantiuo debet in tribus concordare, in genere, numero, & caſu. vt magiſter bonus, Regula bona, vocabulum bonum. Similiter in plurali, Magiſtri boni, Regulæ bonæ, Vocabula bona.

Relatiuum cum antecedente

¶ Relatiuum cum antecedente debet concordare in duobus, in genere, & numero, vt magiſter qui, Regula quæ, Vocabulū quod. Similiter in plurali, Magiſtri qui, Regulæ quæ, Vocabula quæ.

¶ Cantalycius Auguſtino Almadiano Viterbienſi ſuo. Sa. Di.

Hæc ſunt mi Almadiane fundamenta grāmatices prima, quæ ego in primis iactare pueris erudiendis ſoleo, & teneris ingeniis diligenter imprimere, cū ſit in artibus omnibus, a leuioribus inchoandum. Male enim atq; inepte quidam in grammatice præceptis quæ tradiderunt, congeſſerunt multa obſcuriora, quæ non modo puerorū rudiū mentes percipere nō valent, ſed prouecta vis ingenia capere poſſunt. Eundē me i his quæ ſequūtur agnoſces. In quibus tam breuem, quā facilē me exhibere conatus ſum, ſeruato Venuſini Flac. præcepto qui monuit breuiter eſſe præcipiendum. Vale.

¶ Flacci præceptum ad præceptores.

Quicquid præcipies eſto breuis, vt cito dicta
Percipiant animi dociles, teneantq; fideles.
Omne ſuperuacuum pleno de pectore manat.

De Verbo.

Verbum eſt duplex, Perſonale & Imperſonale. Perſonale verbum eſt Quincuplex. Genere Verborum perſonalium ſunt quinq;. Actiuum, Paſſiuum, Neutrum, Commune &

Deponens,vt ſupradiximus.Et dicuntur perſonalia, quia habent certos numeros,& certas perſonas. Sed de ipeſonalibus dicetur poſterius.

De Verbis actiuis.

¶Actiuum verbum,eſt illud quod in o deſinit,& format paſſiuum in or,vt amo,amor,lego,legor,& do,dor,licet dor non ſit in vſu in prima perſona Poteſt actium verbum poſt ſe habere accuſatiuum ſignificantem animal rationale,hoc eſt hominem,quamuis nō ſemper habeat talem accuſatiuum.Nam dicimus video parientem, & amo caſtaneas,qui accuſatiui non ſignificant animal rationale. Ergo fecio facis,calefacio calefacis,& frigefacio frigefacis, actiua dicenda ſunt,quia poſſunt poſt ſe habere accuſatiuum ſignificantem hominem,vt Deus fecit hominem, Ignis calefacit Socratem, Frigus frigefacit Scholaſticos.Quorum paſſiua fuerunt apud antiquos.Facior,Calefacior,Frigefacior,loco quorum dicimus Fio,Caleſio,Frigeſio,& ſimilia.

Conſtructio Verbi actiui.

¶Verbum actiuum quærit ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente,vt diſcipulus amat magiſtrum diſcipulus eſt res agens,& per magiſtrum intelligimus rem patientem.Sed vltra hunc accuſatiuum,poteſt conſtrui actiuum verbum cum variis caſibus,vt patebit inferius.

Barbari quidam errores male miſſi.

¶Si dixeris,actiuum verbum vult ante ſe nominatiuum perſonæ agentis,male me iudice dixeris,cum dicere debeas,rei agentis vel pro re agente.Nam non ſemper nominatiuus perſonam ſignificat, ſed res tam perſonam,quam res omnes ſignificat.Item male dixeris vult nominatiuum a parte ante, & accuſatiuum a parte poſt, cū dicere debeas ante ſe & poſt ſe.Nam ante & poſt, non concordat cum parte.Poſſes tamen dicere à parte priori vel anteriori,& a parte poſteriori.

¶Item male dixeris,vult poſt ſe ablatiuū a vel ab mediante, cum dicere debeas,vult poſt ſe ablatiuum cum a vel ab.

¶Item male interrogabis, ſi dixeris, Quid eſt verbum actiuum? cum dicere debes quod.

Actiuorum Verborum variæ ſpecies.

QVædam ſpecies verborum actiuorum eſt, quæ volunt ante ſe nominatiuum pro re agente,& poſt ſe accuſatiuū pro re patiente

re patiente, vt ego amo Vdalricum, audio magiſtrum. & ſunt hæc ſimilia.

Amo	as	aui	atum	
Diligo	is	exi	ctum	per amare

Sed amamus vehementer, diligimus leuiter, inquit Mar.

Colo	is	lui	cultum	per amare, honora-

re, cultiuare, ornare, & habitare.

Faſtidio	is	diui	itum	per hauer in faſtidio

vt diuites faſtidiunt pauperes.

Fero	ers	tuli	latum	p portare, dire pati-
Porto	as	aui	atum	(re & deſiderare.
Gero	is	geſſi	geſtum	per portare
Laudo	as	aui	atum	
Comendo	as	aui	atum	per laudare
Honoro	as	aui	atum	per honorare
Verbero	as	aui	atum	
Pulſo	as	aui	atum	per battere
Timeo	es	mui		
Metuo	is	tui	caret ſupinis, per temere	
Formido	as	aui	atum	pro eodem

¶ Sed cum dicimus timeo tibi & metuo tibi, per datiuum. i. timeo ne aliquid mali accidat tibi. Nec te prætereat, timeo, & metuo, & formido regere ante ſe nominatiuum pro re patiente, licet ſint verba actiua.

Quædam ſpecies actiuorum verborum eſt, quæ attinet da præcium, & quærunt ante ſe nominatium pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente; & vltra ablatiuum ſignificantem præcium. Exceptis tanti, quanti, pluris, minoris, tantidem, & quanticunq;, quæ debent poni in genitiuo. Et præcium in hoc ſolo verbo æſtimo poteſt poni in genitiuo, & ablatiuo, vt æſtimo te vnius aſſis, vel vno aſſe. Sed in aliis verbis præcium ſignificantibus, precium debet poni ſemper in ablatiuo tantum, vt emi Priſcianum ſex aureis, & potes addere ablatiuũ, a te vel ab illo. Et ſunt hæc ſimilia.

Emo	mis	emi	emptum	
Comparo	as	aui	atum	per comprare
Vendo	dis	vendidi	tum	per vendere
Venundo	as	nundedi	datum	per vendere

Reuendo	is	uendidi	ditum	per reuendere
Redimo	is	demi	demptū	per ricomprare.
Aeſtimo	as	aui	atum	per appreciare
Loco	as	aui	atum	per dare a piſone.

Vt locaui domum tribus aureis Franciſco.

Conduco	is	duxi	ſtum	per tollere a piſone.

¶ Sed aduerte, ꝙ tanti & quanti, dicimus quando non ponitur ſubſtantiuum. Nam cum ſubſtantiuo, dicimus per ablatiuum, vt emi librum tanto precio, vel quanto precio.

QVædam ſpecies actiuorum verborū eſt quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente, & vltra genitiuum vel ablatiuum ſine præpoſitione, vt tu impleuiſti arcam nūmorum, vel nummis. & poteris addere præpoſitionem de, Martialis, Hos niſi de flaua loculos implere moneta, & ſunt hæc ſimilia.

Impleo	es	eui	etum	
Compleo	es	eui	etum	per impire
Arguo	is	gui	gutum	
Redarguo	is	gui	gutum	
Accuſo	as	aui	atum	
Incuſo	as	aui	atum	
Repræhendo	is	di	ſum	
Increpo	as	pui	pitum	per reprendere.

Vt arguo, redarguo, accuſo, incuſo, repræhendo, increpo te pigritiæ vel pigritia, vel de pigritia. Sed inter accuſo & incuſo hæc differentia eſt, ꝙ accuſamus minores, Incuſamus vero maiores, licet hæc differentia confundatur.

QVædam ſpecies verborum actiuorū eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente, & vltra datiuum, vt magiſter dedit equum diſcipulo, & ſunt hæc ſimilia.

Do	as	dedi	datum	
Tribuo	is	bui	butum	per dare
Impendo	is	di	ſum	
Exhibeo	es	bui	bitum	per dare & mettere

fuora in aperto & aſpectaculo.

Dico	is	xi	ctum	per dire
Dico	as	aui	atum	p. dare ad honore &

ſeruitio d'altri, vt dicabo tibi filiā meā, & dicaui tēplū diuæ Mariæ
Dono as aui atum per donare
Sed dicere potes per hoc verbum dono, donaui te magno munere, ſicut donaui tibi magnum munus.
Comparo as aui atum per aſſimigliare.
Sed dicere potes comparaui te illi, ad illum, vel ab illo.
Lego as aui atum per mandare, o ver laſſare in teſtamento.
Commodo as aui atum
Mutuo as aui atum per preſtare
Sed hæc differentia eſt inter cōmodo & mutuo, ꝙ commodamus res quæ reſtituuntur eædem, vt commodo tibi domum librū, equū & ſimilia, Mutuamus autem res quæ non reſtituuntur eædem, vt mutuo tibi denarium, oleum, triticum, vinum, & ſimilia.
Memoro as aui atum per ricordare a altri
Oſtendo is di ſum vel tum
Monſtro as aui atum per monſtrare
Demonſtro as aui atum per monſtrare
Aperio is rui ertum per aperire
Reddo is didi ditum per rendere

Quædam ſpecies verborum actiuorū eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum ꝑ re patiente, & vltra aliū actū, vt doceo te grāmaticā, petō te pecuniam, ſed pōt dici peto a te hoc vel illud. & ſunt hæc ſimila.
Doceo es cui ctum per inſegnare
Moneo es nui nitum
Admoneo es nui nitum per admonire
Rogo as aui atum p domādare e ꝑgare
Interrogo as aui atum per domandare coſe (dubie
Conſulo is lui ultum
Peto is iui itum penultima longa
Poſco is popoſci ſine ſupino
Poſtulo as aui atum per domandar
Flagito as aui atum
Sed conſulo quando ſignificat dare conſilium, habet poſt ſe datiuū vt conſulo tibi, & potes addere accuſatiuum, vt conſulo tibi rem honeſtam, ſed tunc magis eſt neutrum.
Celo as aui atum per naſcondere.

Q Vædam ſpecies verborum eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente & vltra alium accuſatiuum vel ablatiuum ſine præpoſitione, vt calceo te calceos vel calceis, Exuo te veſtem vel veſte, & ſunt hæc ſimilia.

Calceo	as	aui	atum	per calzare
Diſcalcio	as	aui	atum	per diſcalzare
Veſtio	is	iui	itum	
Induo	is	dui	dutum	per veſtire
Cingo	is	xi	ctum	per cingere
Diſcingo	is	xi	ctum	per diſcingere
Exuo	is	xui	xutum	per ſpogliare

Et poteſt dici Calceo as, per e ſicut Calcio as, per i, & hic calceus p e, & hic calcius per i.

Q Vædam ſpecies verborum actiuorum eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente, & vltra ablatiuum ſine præpoſitione, vt ſpoliabo te veſte, & priuabo te beneficii.

Spolio	as	aui	atum	per ſpoliare p forza
Priuo	as	aui	atum	per priuare
Vacuo	as	aui	atum	per votare
Onero	as	aui	atum	per incarcare
Exonero	as	aui	atum	per ſcaricare
Orno	as	aui	atum	per ornare
Educo	as	aui	atum	penultima longa, &

nutrire, & alleuare.

Nutrio	is	triui tritum		
Alo	is	alui	altum vel altum, per nutrire	
Lacto	as	aui	atum	per allattare
Munio	is	niui	nitum	per fortificare

Q Vædam ſpecies verborum actiuorū eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum p re agēte, & poſt ſe accuſatiuū pro re patiente & vltra ablatiuum cū a vel ab, vt audiui Terētiū a Cātalycio, accepi benedictionem a Pontifice. & ſunt hæc ſimilia,

Audio	is	iui	itum	per audire
Auſculto	as	aui	atum	per aſcoltare

Sed cum dicimus, audio tibi vel auſculto tibi, per datiuum, ideſt obedio tibi.

Intelligo is

Intelligo	is	xi	ctum	per intendere
Accipio	is	cæpi	ptum	per tolere & intédere
Sepero	as	au	atum	
Segrego	as	aui	atum	
Diuido	is	ſi	ſum	per ſpartire
Amoueo	es	moui	motum	
Remoueo	es	moui	motum	per remouere

QVædam ſpecies actiuorum verborũ eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, poſt ſe accuſatiuum pro re patiente, & interdum iunguntur cum infinitiuo, vel alia oratione adiuncta per quod, vel vt, vt ſpero diſcere philoſophiam, & ſpero quod ego diſcam philoſophiam. & ſunt hæc ſimilia.

Spero	as	aui	atum	per ſperare
Deſpero	as	aui	atum	per deſperare
Scio	is	ſciui	tum	per ſapere
Neſcio	is	iui	tum	per non ſapere
Dubito	as	aui	atum	per dubitare
Cupio	as	piui	pitum	
Opto	as	aui	atum	
Deſidero	as	aui	atum	per deſiderare
Puto	as	aui	atum	
Credo	is	didi	ditum	
Duco	is	xi	ctum	
Autumo	as	aui	atum	
Exiſtimo	as	aui	atum	per credere

De Verbis paſſiuis.

VErbum paſſiuũ eſt illud quod in or finitũ deſcendit ab actiuo addita r, vt amo addita r fit amor. Doceo, addita r, fit doceor & ſimilia. Et quærũt ante ſe verba paſſiua nominatiuũ pro re patiente, & poſt ſe ablatiuum cum a vel ab pro re agente, & caſus quos habent vltra in actiuis non mutantur in paſſiuis, vt ego amor a populo, a me emitur domus centum aurei, tu æſtimaris a me magni præcii vel magno præcio, ab illo impletur domus diuitiarũ vel diuitiis, a magiſtro datur equus diſcipulis, tu doceberis a me grammaticam, tu calcearis me calceos vel calceis, tu ſpoliaberis a me veſte a me auditur philoſophia ab optimo philoſopho, puella pul-

cherima ſperatur a me, tu credetis eſſe egregius grammaticus.

De Verbis neutris.

Verbum Neutrum eſt illud quod deſinit in o & non format paſſiuum in or, nec poteſt poſt ſe habere accuſatiuum ſignificantem hominem. Nam ſi dixeris aror, erit poetice dictu per figuram proſopopoeiam, ideſt fictionem poeticam, vbi terra loquatur & dicat, ego terra aror.

Quædam ſpecies verborum neutrorum eſt quæ quærũt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe genitiuũ vel ablatiuum ſine præpoſitione, pro re patiente, & hæc tantũ tria verba ſunt. ſ. Ego indigeo, & ſatago, vt ego egeo vel indigeo nummorum vel nummis, & ille ſatagit rerum ſuarum.

Ego	es	gui	caret ſupinis,	
Indigeo	es	gui		per hauer biſogno
Satago	is	egi	ſatactum	per eſſer curioſo &

diligente de le ſuoe coſe, vt hic ſatagit rerum ſuarum, ideſt ſatis curioſus, & diligens rerum ſuarum iungitur genitiuo tantum.

Quædam ſpecies verborum neutrorum eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe ſolum ablatiuũ ſine præpoſitione, & hæc tantum duo verba ſunt, Careo & abundo, vt careo libris, & tu abundas pecunia. Et caue dicas careo librorum, vel abundas pecunia, niſi cupis inſanire. Poteris tamen dicere pecunia abundat mihi.

Careo	es	rui	ritum vel caſſum per mancare
Abundo	as	aui	atum p hauer abundãtia

Quædam ſpecies verborum neutrorum eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe datiuum pro re patiente, vt inſeruiam tibi, & obediam magiſtro, & ſunt hæc ſimilia

Seruio	is	uiui	tum	
Inſeruio	is	uiui	tum	per ſeruire

Sed ſeruire proprie, eſt ſeruorum, inſeruire vero amicorum.

Obuio	as	aui	atum	
Occurro	is	ri	ſum	per ſcontrarſi.
Noceo	es	cui	citum	
Officio	is	feci	fectum	

Obſum bes obeſt obfui per nocere
Proſum prodes prodeſt profui per giouare
Hæro es ſi ſum
Adhæreo es ſi ſum
Cohæreo es ſi ſum
Inhæreo es ſi ſum per acoſtarſi
Deficio is feci ctum per mãchare

Vt pecunia deficit mihi Sed cum hoc verbum habet poſt ſe accuſatiuum, ſignificat relinquo, & eſt actiuũ, vt pecunia deficit me, ideſt reliquit. Vnde Ouidius, Deficior prudens artis ab arte mea, ideſt relinquor.

Studeo es ui caret ſupino ꝑ ſtudiare
Obedio is iui itum.
Pareo es rui ritum
Obtempero as aui atum per obedire
Benefacio is feci actum per ben fare
Malefacio is feci actum per far male
Satisfacio is feci actum per ſatisfare
Fideiubeo es ſſi ſſum per far la ricolta

Ideſt la ſecurta per altri, & far ſicuro altri col pegno ouero col promiſſore, vt ego fideiubeo illi pro te.

Ignoſco is ignoui tum
Parco is peperci caret ſupino
Parco is parſi ſum per perdonare

Sed quando facit parſi parſum ſignificat tria, per perdonare, laſſar ſtare, & viuere parcamente.

Indulgeo es indulſi tum per far careze. Vt pater indulget filiis, & indulgeo ventri.

Conuenio is ni tum per conuenirſe
Placeo es cui citum
Libeo es bui bitum per piacere
Diſpliceo es cui tum per diſpiacere
Sto as ſteti ſtatum, quando eſt in hac ſpecie ſignificat ſtar contento al parer daltri.

Acquieſco is eui tũ pro eodẽ, vt Strabo, vel acquieſcam ſententiæ tuæ.

Liceo es cui citum per eſſer licito
Accido is di caret ſupino.

Euenio is ni tum

Contingo is contigi actum

Aduenio is ni ſtum

Interuenio is ni ſum per interuenire

Reſto as ſtiti atum per reſtare

Incumbo is bui tum

Intendo is di ſũ vel tũ per attendere

QVædam ſpecies verborum neutrorum eſt quæ quærũt ante ſe nominatiuum pro re agente,& poſt ſe accuſatiuum pro re patiente,ſicut verba actiua,& habent paſſiuum in tertii perſonis in vtroq; numero,vt terra aratur,&terræ arantur & ſunt hæc ſimilia.

Aro as aui atum per arare

Semino as aui atum

Sero is ſeui ſatum per ſeminare.

Inſero is inſeui inſitum p inſitare larbori

Inſero is inſerui inſertum per interponere & meſticare,vt,carmen tuũ eſt inſertũ carminibus meis. (tar larbori

Conſero is conſeui conſitũ p ſeminare & piã

Poto as aui atũ vel potũ per bere

Inuenies ẽt potus ſum p poto,vt ſum potus optimũ vinũ.i.potaui.

Inuenies etiã potus paſſiue,vt vinum a te potum,non eſt bonum.

Potiſſo as vel potizo,vel pitiſſo vel pitizo as aui atũ per bet a pocho cioe aſſagiare.

Puto as aui atum p potar la vigna o vero arbori.

Trituro as aui atum penultima longa p tritare,o vero battere il grano allaira.

Ventilo as aui atum p cõciare el grano allaira& per far vento,vt ventilare facilem flabello.

Meto is ſſui ſum per mettere

Vindemio as aui atum per vindemiare

Pulſo as aui atum per pulſare la Cytara ouero altro inſtrumento;ſed hoc magis eſt actiuum , vt ſupra diximus.Sed caue dicas campana pulſat,ſed dic campana pulſatur vel ſonat.Nec dicas,ego ſono campanam,ſed pulſo.Antiqui autẽ dicebant pulto pultas.

Magis autẽ ego dicerẽ,hoc cãpanam capani,quam hæc campana.

Nauigo as aui atum per nauigare
Dicimus tamen nauigo mare,& in mari.

Quædam ſpecies verborum neutrorum eſt,quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re patiente,& poſt ſe ablatiuũ ſine præpoſitione pro re agente,vel accuſatiuum cũ ob vel propter,vt gaudeor morte,vel propter mortem,vel ob mortẽ inimici mei,& doleo morte,propter mortem,vel ob mortem amicorũ meorum,& ſunt hæcſimilia.

Gaudeo es ſus ſum per allegrarſe
Doleo es lui litum per dolerſi, vt dolo tuo infortunio,& potes dicere,infortunium tuum dolet mihi.
Mœreo es caret præterito & ſupino per attriſtarſi, & ſtar mal cõtẽto,& ſcribitur p œ in prima ſyllaba.Sed mereo meres meritũ,non eſt in hac ſpecie,per meritare,& far larte della militia.
Albeo es bui caret ſupino per eſſer biancho
Nigreo es grui caret ſupino per eſſer negro.
Caleo es lui caret ſupino per eſſer caldo.
Frigeo es gui vel xi ſine ſupino per eſſer freddo.
Palleo es lui ſine ſupino per eſſer pallido
Aegreo es grui ſine ſupino per eſſer infirmo daio & atriſtarſi
Aegroto as aui atum p eſſer ĩfirmo del corpo
Halo as aui atum p gitar fiato,o vero odore,vt Tẽpla halant odore.Vnde componitur exhalo as, quod non eſt ĩ hac ſpecie,Nã iungiť accuſatiuo,vt ille exhaluit animã.i.emiſit

Quædam verba actiua ſunt,quæ appellantur neutro paſſiua Quæ in præteritis perfectis, & pluſquam perfectis habent vocem paſſiuorum,in cæteris vero neutrorum,& ſunt hæc quamuis non conſtruantur vno modo.

Gaudeo	es	gauiſus	ſum	per allegrarſe
Soleo	es	ſolitus	ſum	per ſoler
Audeo	es	auſus	ſum	per hauer ardire
Fio	is	factus	ſum	per eſſer facto
Fido	is	fiſus	ſum	per fidarſi

Sed dicere potes fido tibi,fido de te.

Quædam ſpecies verborum neutrorum eſt, quæ appellantur neutra paſſiua,quæ in neutrali voce ſignificant paſſionem,& quærunt ante ſe nominatiuum pro re patiente, & poſt ſe ablatiuum cum a vel ab pro re agente, ſicut verba paſſiua,

& ſunt hæc ſecundum Priſcianum.

Vapulo	as	aui	atum	per eſſer batuto
Væneo	is	iui	vænum	p eſſer veduto.& de

clinat ſicut eo is,niſi in ſupino,quod facit vænū.Vnde Iuuenalis.

Exulo	as	aui	atum	per eſſer ſbandito

Quaſi extra ſolum patriæ,ideſt territorium.

Nubo	is	nupſi vel nupta ſum per eſſer maritato		
Liceo	es	cui	citum	per eſſer licito.

Quædam ſpecies verborum neutrorum eſt,quæ , quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente , & poſt ſe non regunt caſum ſine præpoſitione.Nam aut accuſatiuum aut ablatiuū regunt, cum præpoſitione conueuiente,vt ego vado ad ſcolam,tu vero da dis ad campanā.Ego vigilo in ſtudio,tu vero dormis in lecto.Itaq; appellantur verba neutra abſoluta,ideſt perfecta,& finita ſine obliquo caſu.Et ſunt hæc ſimilia.

Eo	is	iui	itum	
Vado	is	uaſi	uaſum	
Pergo	is	rexi	ctum	per andare
Curro	is	cucurri	ſum	per correre
Viuo	is	xi	ctum	per viuere
No	as	aui	actum	
Noto	as	aui	atum	per notare
Volo	as	aui	atum	per volare
Dormio	is	iui	itum	
Dormito	as	aui	atum	per dormire
Exeo	is	iui	itum	
Prodeo	is	iui	itum	
Euado	is	ſi	ſum	per vſcire

¶Sed hoc verbum euado habet quatuor ſignificata,per deuentare per vſcire,per ſalire in alto,per ſcampare.Quando ſignificat ſalire in alto, & per vſcire, eſt in hac ſpecie , quia non regit caſum poſt ſe, ſine præpoſitione , vt euado ad culmina tecti,& euado ex domo.Quando ſignificat diuentare , eſt verbum neutrum ſimilium copulatiuum,ſicut Sum es eſt,vt tu euaſiſti ſuperbus.Quādo ſignificat ſcampare,& eſt verbum actiuum,vt euaſi mortem,& euaſi inimicos meos.

Iaceo	es	cui	ſine ſupino per iacere	
Nam Iacio	cis	ieci	iactum actiuū,per gittare.Vnde	

ſit ſrequentatiuum Iacto iactas.

Sto	as	ſteti	ſtatum	per ſtare in piede
Conſto	ſtas	ſteti	conſtitum vel coſtatum. duo	

ſignificat.nam attinet ad præcium,vt res tanti conſtat,& ſignificat manifeſtum eſſe,vt conſtat mihi aſtutia tua,ideſt manifeſta eſt.

Valeo	es	lui	litum	per valere.

Et in hoc verbo valeo es præciū debet poni in actō,vt hic liber valet decem aureos exceptis tanti,quanti,pluris,& minoris,tātidē, & quanticunq;,vt diximus in actiuis.Valeo etiam ſignificat poſſum, & habet poſt ſe infinitum,vt non valeo venire ad ſcholam,ideſt nō poſſum.

Venio	is	venit	tum	per venire
Incedo	is	ſſi	ſſum	
Ambulo	as	aui	atum	per caminare

Sed incedere,proprie nobilium eſt.

Redeo	is	diui	ditum	per ritornare
Diſcedo	is	ſſi	ſſum	
Abeo	is	iui	tum	per partirſe
Lateo	es	tui	titum	per naſconderſe.

Vt,Saturnus latuit in latino,Sed hoc verbum quādo non eſt abſolutum,poteſt habere poſt ſe datiuum vel accuſatiuum,vt tua ignorantia non latet mihi vel me.

Sono	as	aui	atum	p ſonare,vt cāpana

ſonat,& poteſt habere ablatiuū ſine præpoſitione,vt ego ſono carminibus.Si vero aliter conſtruatur,erit per figuram.

Oleo	es	olui vel oleui,olitum vel oletum per male olere & bene olere
Salio	is	ſalui vel ſaliui ſaltum per ſaltare.Vnde fit ſalto ſaltas frequentatiuum.

Fundo	as	aui	atum	per fondare.
Vigilo	as	aui	atum	per vigilare.

QVædā verba ſunt quæ proprie dici neutra nō poſſunt, nec actiua quidē,quia in o nō deſinunt,nā præſens eorū nō eſt in vſu,appellantur ergo verba defectiua,quia carent præſenti,præterito impfecto & futuro,& ſunt quatuor verba,quæ quærūt ante ſe nominatiuū pro re agēte,& poſt ſe actūm pro re patiēte. Sed memini poteſt genitiuum quoq; habere, vt memini lectionis, vel lectionē.Et caue dicas,memini lectione p ablatiuū.Dices tamē

memini de lectione, ſed aliud habet ſignificatũ, ideſt mentionẽ feci.

Odi	ſti	odit	per hauer in odio
Noui	ſti	uit	per cognoſcere, quanuis inue

niatur noſco noſcis, quod etiam facit præteritum noui.

Cœpi ſti pit per comenzare, & differt a præterito huius verbi Capio, quod facit cæpi. Nam cœpi cœpiſti [de ſe ctiuum verbum, ſcribitur per œ, & ſignificat incipio.

Memini ſti memini per ricordarſe.

Quædam alia verba ſunt, quæ non reperiuntur niſi in tertiis perſonis, & ſolent appellari ab optimis grammaticis verba exceptæ actionis, quia non ponitur in illis nominatiuus expreſſus, ideſt manifeſtus, ſed intelligitur deus vel Iupiter, more poetico, & poſt ſe intelligitur etiam accuſatiuus, vt deus vel Iupiter pluit, ſcilicet aquam, & ſunt hæc.

Pluit	bat	uit	uerat	pluet	per piouere
Ningit	bat	nixit	xerat	ninget	p nauigare
Tonat	bat	nuit	uerat	nabit	per tonare
Fulminat	bat	auit	uerat	nabit	p alluſtrare,

.i. coruſcare, o vero balenare.

Grãdinat	bat	auit	uerat	abit	per grãdinare
Serenat	bat	auit	uerat	abit	per ſerenare

Poetice tamen fingere potes primam perſonã, vt ſi dicas, ego Iupiter pluo, fulmino, grandino &c. Inuenies quoq́ apud hiſtoriographos per ablatiuum ſine præpoſitione aliquando, pluiſſe la pidibus & carnibus, & Statius dixit, Saxa pluunt, per nominatiuum.

¶ Nec te prætereat omnia verba abſoluta quæ ſupra diximus, poſſe eſſe ſimilium copulatiua, ſicut ſum es eſt, vt tu venis iratus, incedis ſuperbus, dormis ſolus, & ſic de aliis.

¶ Quibus caſibus iūgatur ſum, es, eſt, ſubſtantiuum verbum.

¶ Similiter non eſt ignorandum hoc verbum ſum, quod ſolum ſubſtantiuum eſt, eo quod per ſe ſubſtat, poſſe conſtrui cum omnibus caſibus præterquam cum vocatiuo, & dicitur ſimilium copulatiuum, quod copulata ſimiles caſus, vt ego ſum magiſter, & ſum pius Aenæas. Cũ genitiuo, vt hic liber eſt magiſtri. Cũ datiuo, vt ſunt mihi bis ſeptem præſtanti corpore nymphæ. Cum duobus datiuis, vt ſum tibi impedimento, & ſum tibi curæ. Cum accuſatiuo, cum præpoſitione, vt fui apud forum, ideſt in foro. Cũ ablatiuo, vt Hercules fuit magna vi atq́ virtute, &, eſt vir magno conſilio, qui tamẽ

ablatiuus æquiualet genitiuo, vt ſi dicas, Hercules fuit magnæ virtutis.

❡De verbis Communibus.

VErbum in commune eſt illud quod in or deſinens tam actionem quam paſſionem ſignificat, vt largior tibi equũ, & equus largitur a me tibi, oſculor, te, oſcularis a me, & ſunt hæc verba communia.

Largior iris itus ſum per donar & eſſer donato
Moror aris atus ſum per aſpectare & eſſer aſpetato, & per tener, & eſſer tenuto in demoranza,
Remoror aris atus ſum p retardare & eſſere tardato
Exſperior iris ptus ſum p prouare & eſſer prouato
Oſculor aris atus ſum per baſciare & eſſer baſciato
Horror aris atus ſum p cõfortare & eſſer cõfortato
Criminor aris atus ſum p incolpare & eſſer incolpato
Amplector eris xus ſum p abrazare & eſſere abrazato
Interpretor aris atus ſum p interpretare & eſſer interpretato, cioe exponere.
Hoſpitor aris atus ſum per riceuere lamico, & eſſer receputo dalamico.
Veneror aris atus ſum p honorare & eſſer honorato.

❡Alia quoq; multa communia, & ſecundum veteres reperiuntur. vt obliuiſcor, patior, ſtipulor, & aggredior, vereor, cõſulor, dignor confiteor, teſtor, & quædam alia.

❡De Deponentibus.

DEpon ens verbum eſt illud, quod in or definit & non formatur ab actiuo, vnam habens tantum ſignificationem, ſcilicet actiuam vel paſſiuam. Dictum deponens a deponendo, quia deponit aut actiuam ſignificationem, aut paſſiuam, vnam tantum retinens, vt ſequor & orior.

Vtor aris ſus ſum p vſare, & eſt generale ad omnem vſum.
Veſcor ris caret preterito & ſupino, per vſare, ſed pertinet ad cibos, vt veſcor cibis delicatis.
Fruor ris tus ſum per vſare. Sed pertinet ad voluptatem animi, vt fruor ſermone magiſtri.
Potior eris, tertiæ cõiugationis, vel potiris quartæ potitus ſũ p vſare violẽtemente, vt potior vxore, & diuitiis inimici mei.

Fungor	ris	ctum ſum	per vſare. Sed pertinet ad

officium, vt quiſq; debet fungi officio ſuo.

Reperiť tamē apud auctores hoc verbum potior cū tribus caſibus poſt ſe conſtructū, vt potior īperii, īperio, & īperiū, vt Terentius dixit. Fūgor quoq; cū actō, vt fūgeris officia illoꝝ, &, abuſus meretricē

Morior	riris	quartæ coniugationis, & morior reris ter-

tiæ, per morire, vt ille mortuus eſt peſte, ſeu morte repentina.

QVædā ſpecies verborū deponentiū eſt, quæ quǖært ante ſe nominatiuū ꝓ re agēte, & poſt ſe datiuū pro re patiente, vt auxiliabor tibi, & medebor tibi, & ſunt hæc & ſimilia.

Auxilior	aris	atus ſum	
Opitulor	aris	atus ſum	
Adminiculor	aris	atus ſum	per aiutare

¶Reperitur etiam hæc ſpecies verborum cum accuſatiuo, vt auxilior te, & medeor te, ſed magis vtendum eſt datiuo.

Medeor	eris	caret præterito & ſupino.	
Medicor	aris	atus ſum	per medicare
Medico	as	aui atum	pro eodē, ſed eſt actiuū
Iſidior	aris	atus ſum	ꝑ far tradimēti & aguaiti
Blandior	iris	itus ſum	per far loſinghe.
Adulor	aris	atus ſum	penultima longa.
Aſſentor	aris	atus ſum	per aſſentare
Aduerſor	aris	atus ſum	per contrariare.

Nam contrarior non memini me legiſſe.

QVædam ſpecies verborū deponentiū eſt, quæ quærunt ante ſe nominatiuū pro re agente, & poſt ſe actūm ꝓ re patiente, vt ego ſequor veſtigia pr̄is mei, & ſequor præcepta magiſtri.

Sequor	ris	cutus ſum	per ſequitare.
Proſequor	ris	cutus ſum	per perſequitare, Vt pro

ſequor te beniuolentia, odio, & oculis.

Perſequor	ris	cutus ſum	
Inſequor	ris	cutus ſum	per perſequitare
Aggredior	ris	ſſus ſum	per aſſaltare, & per comē

zare, Vt aggredior, Virgilium.

Graſſor	aris	atus ſum	
Adorior	iris	adoratus ſum	per aſſaltare.
Solor	aris	atus ſum	
Conſolor	aris	atus ſum	per conſolare.

Sed pronuncia conſulor, penultima longa.

Conor	aris	natus ſum	per sforzare.
Nitor	eris	nixus ſum vel niſus ſum	
Enitor	eris	enixus vel enixus ſum, per sforzarſi, & ꝑ	

parturire, vt enixa puerpera regem.

Populor	aris	atus ſum	
Depopulor	aris	atus ſum	per far guaſto. Dicimus

quoq; Populo actiuum, vt populare penates.

Metior	tiris	menſus ſum	per meſurare
Mentior	tiris	mentitus ſum	per mentire
Mereor	reris	ritus ſum	per meritare
Stipulor	aris	atus ſum	
Percontor	aris	atus ſum	per domandare
Aſtipulor	aris	atus ſum non eſt in hac ſpecie, quia, quæ-	

rit poſt ſe datiuum, & ſignificat conſentire ſtipulationi, ideſt interrogationi, vt, a ſtipulor tibi ſtipulanti.

Aſpernor	eris	atus ſum	
Auertor	ris	ſus ſum	
Deſpicor	aris	atus ſum	per diſprezare
Venor	aris	atus ſum	per andare alla caccia vt

Venor lepores, ſed poteſt poni abſoluere, vt eo venatum.

Arbitror	aris	atus ſum	per penſare
Meditor	aris	atus ſum per penſare, cãtare, & eſercitare	
Miſereor	aris	atus ſum	
Miſeror	eris	ſertus ſum	per hauere miſericordia,

& compaſſione. Sed Miſereor reris quærit poſt ſe genitiuum, vt miſerere mei Deus, & nil noſtri miſerere.

Liceor	eris	citus ſum	
Licitor	aris	atus ſum	per apprezare

Sed proprie hæc verba ſignificant offerire el prezo, quando ſe fa publica venditione allo incanto. Vnde licitator.

Mutuor	aris	atus ſum	per tollere in preſtanza da

altri, & ideo poteſt habere ablatiuum vltra accuſatiuum, cum a vel ab, vt mutuatus ſum decem aureos a meo amico.

QVædam ſpẽs verborũ deponẽtiũ eſt, q̃ quærũt añ ſe noĩati uũ ꝓ re agẽte, & poſt ſe actũm pro re patiẽte, vel gtĩm ſicut memini meminiſti meminit, vt recordor lectiõis vel lectionem nec dicas lectione, vel de lectione. & hæc tãtũ tria verba ſunt,

Recordor aris atus ſum per ricordarſi
Reminiſcor ris caret præterito & ſupino.
Obliuiſcor ris litus ſus per ſcordarſe cio dimentigarſi

Quædam ſpecies verborũ deponentiũ eſt quæ quærunt ante ſe nominatiuum pro re patiente,& poſt ſe ablatiuũ ſine præpoſitione,vel actũm cũ ob vel propter pro re agente,vt lætor fortuna tua,vel propter fortunam tuam,& ſunt hæc ſimilia.

Lætor aris atus ſum per ralegrarſi
Gratulor aris atus ſum per allegrarſi iſieme con altri de qualche coſa.
Gloriar aris atus ſum per gloriarſi
Conſterno aris atus ſum per abaſſarſe cioe venir fora deſi o per malanconia,o vero per altro.
Triſtor aris atus ſum per atriſtarſe
Sed inuenitur etiam triſto as,& contriſto as actiuum per attriſtare.
Indignor aris atus ſum
Stomachor aris atus ſum per ſdegnarſe, & adi
Iraſcor ris atus ſum (rarſe

Quædam ſpecies verborum deponentiũ eſt, quæ quærunt nominatiuum pro re patiente,& poſt ſe ablatiuũ cum a vel ab pro re agente,vel cum de vel e,vel ex,vt,natus vel ortus ſum abono patre,e bono patre,ex bono patre,& ſunt hæc.

Naſcor ris atus
Orior reris tertiæ cõiugationis,vel oriris quartæ, per renaſcere.Sed infinitiuo vtimus oriri & non ori.
Renaſcor ris atus ſum per renaſcere
Patior ris paſſus ſum per patere
Sed hoc verbum poteſt accuſatiuũ quoq; poſt ſe habere, vt patior ſupplicium a deo.

Quædam ſpecies verborum deponentium,eſt quæ quærunt ante ſe nominatiuũ pro re agente,& poſt ſe non regunt caſum obliquum ſine præpoſitione,vt gradior perhortum,altercor cum magiſtro vel cum patre,& ideo appe lantur verba deponẽtia abſoluta, ideſt perfecta, & infinita ſine aliquo caſu,ſunt hæc & ſimilia.

Gradior ris greſſus ſum per andare.Vnde cõponitur aggredior,mutata a in e.
Labor ris per cadere & effugire & traſcorrere.

Altercori ars

Altercor aris atus ſum per contendere.
Sed inuenitur etiam alterco altercas, neutrum.
Tumultuor aris atus ſum p far rumore & ſtrepito
Vende tu multus.
Auguror aris atum ſum p far li augurii & diuinar
Ominor aris atus ſum.
Miror aris atus ſum per marauigliare
Cachinnor aris atus ſum per rider molto
Eſt enim cachinnus, diſſolutus riſus, & cachinno cachinnonis, ille qui multum ridet.
Luctor ari atus ſum per far lotta, & per reſiſtere, & contraſtare, & per sforzarſi.
Ruſpor aris atus ſum per ruſpare, & pertinet ad gallos, & gallinas. & alia id genus.

De Imperſonalibus.

IMperſonale verbum eſt illud, quod caret certis numeris & certis perſonis, ideſt quod non habet certos numeros, & certas perſonas, & obliquo caſui iungitur, vt a nobis diſcit, & a vobis curritur. Quãuis interdum oratione nõ exprimatur obliquus, vt cras curretur ad brauium. ſubauditur enim ablatiuus, ab hominibus, vel ab equis.

Quotuplex ſit Imperſonale.

Imperſonale autem verbum eſt duplex. Actiuæ vocis, & Paſſiuæ voci. Imperſonale Actiuæ vocis deſinit in t, vt intereſt & tædet, Imperſonale Paſſiuæ vocis deſinit in tus, vt legitur, ſeruitur &c.

Verba Imperſonalia Actiuæ vocis vario modo conſtruuntur, vt dicetur inferius.

Verba autem imperſonalia Paſſiuæ vocis quærũt ante ſe ablatiuum cum a vel ab pro re agẽte, & poſt ſe caſum ſui verbi vnde deſcendit imperſonale, vt a nobis legitur, a nobis probe diſcitur & a me inſeruitur magiſtro, & a me itur in ſyluam.

Sed a verbis Actiuis non fiunt imperſonalia quando ipſa verba Actiua habẽt poſt ſe caſum obliquum, vt amo Socratem nõ poteſt dici, a me amatur Socratem, audio Terentium, non tamen a me auditur Terentium, ſed abſolute ſine caſu obliquo potes recte dicere, a me amatur, & a me auditur, & ab illo legitur, & ſic de ſingulis, licet de hac re a quibuſdam ineptis Grammaticis ſoleat inutiliter diſputari. Satis eſt &c.

Satis eſt ſcire latinos Grammaticos non dicere, a me amatur Socratem & ſimilia.

¶ Similiter dicos de his verbis neutris, aro & ſemino, quæ habent paſſiuum in tertiis perſonis, vt aro terram, & terra aratur a me. Non tamen imperſonaliter dicere potes, a me aratur terram, ſed abſolute a me aratur.

¶ A quibus verbis deſcendit imperſonale paſſiuæ vocis.

Imperſonale autem paſſiuæ vocis deſcendit a verbis actiuis, & neutris, ſed non ab omnibus neutris. Nam egeo, indigeo, careo, & abundo, gaudeo, caleo, doleo mœreo, frigeo, palleo, & alia ſimilia non formant imperſonalia, nec etiam verba neutropaſſiua, vt ſunt iſta gaudeo, ſoleo, audeo, fio, & fido. Similiter nec verba neutra paſſiua. ſ. Vapulo, exulo, veneo, liceo, nubo.

¶ Vnde formantur imperſonalia paſſiuæ vocis.

Formantur autem imperſonalia paſſiuæ vocis, a tertia perſona præſentis indicatiui modi, addita ur, vt amat addita ur, fit amatur, egit, addita ur, fit legitur, & ſic de aliis.

¶ Sed aduerte, ꝙ quando dicimus amatū eſt, curſum eſt, ſeruitū eſt, & ſimilia, quando imperſonaliter ponuntur, vnumquodꝗ horū eſt vna dictio, nec debes intelligere diſiunctum, vt amatum, ſit per ſe, & eſt, per ſe, ſed, amatum eſt eſſe vnam tatūmodo dictionem, quando eſt imperſonalis verbi præteritum. Nam quando eſt participiū præteriti ab amor amaris, ſunt duæ dictiones, & ſic de ſingulis.

De verbo imperſonali actiuæ vocis.

¶ Imperſonale verbum actiuæ voci, vt iam diximus, deſinit in t, vt intereſt, & tædet, ſimilia, de quibus ſtatim dicetur.

¶ De intereſt & refert.

Intereſt & refert poſſunt eſſe perſonalia & imperſonalia. Nam ſi habēt infinitum, ſunt imperſonalia. Si vero non habent infinitum, ſunt perſonalia verba neutra, & hoc verbum intereſt declinatur ſicut ſum, es, eſt.

¶ Conſtructio, verborum intereſt & refert.

¶ Quærunt autē hæc verba, ſi ſint perſonalia, ante ſe nominatiuū pro re agente, & poſt ſe genitiuum pro re patiente vt amor magiſtri intereſt diſcipulorum, & præcepta magiſtri referunt diſcipulorum.

¶ Sed quando ſunt imperſonalia ante ſe conſtruuntur cum genitiuo, & poſt ſe cum infinitiuo, & vltra infinitum quærunt caſum ſui verbi, vnde deſcendit infinitus, vt diſcipulorum intereſt, vel refert

obedire præceptori,& incūbere virtuti Et ſignificāt hæc duo verba per apertenere, vt intereſt, vel refert illorum, idest pertinet ad illos.

¶ Dicimus tamen in his verbis mea, pro genitiuo mei vel mis, tua, pro genitiuo tui vel tis, ſua pro genitiuo ſui, noſtra, ꝑ genitiuo plurali noſtrum vel noſtri, veſtra, pro genitiuo plurali veſtrum vel veſtri, cuia, pro genitiuo ſingulari cuius ſiue perſonalia, ſiue imperſonalia ſint, vt mea intereſt inſeruire tibi, & tria itereſt virtus, & mea inter ſunt bonæ artes, & veſtra interſunt boni mores, &c.

¶ Quare dicimus mea, ꝑ mei, tua, pro tui, nr̃a, ꝑ nr̃i, veſtra ꝑ vr̃i.

His autē ablatiuis ꝑ genitiuis vtimur, qa intereſt ſignificat inter eſt, refert ſignificat res fert, ex natura igitur huius præpoſitionis, in vtimur ablatiuo. Et qa res fœminini generis, eſt magis in fœminino genere dicimus, quā in alio. Nā ſi dixeris, hoc intereſt mea, ideſt, hoc eſt in re mea, ideſt in vtilitate mea. Similiter hoc refert mea, vel hoc refert magiſtri, ideſt hoc res mea fert, & res magiſtri, hoc eſt, pertinet ad vtilitatem meam, vel ad vtilitatē magiſtri.

¶ Inuenies quoq; apud bonos hoc verbum refert cum genitiuo, hoc modo, Parui refert, ideſt parua vis eſt, ſeu parua differentia, & Magni refert, ideſt magna vis eſt, ſeu differentia, & Nihil refert, ideſt nulla vis eſt, ſeu differentia, vt ſi dicas, parui refert, ſi dixeris ſcholā aut ludum literarium. Interdum refert ſignificat id qđ prodeſt, vt ſi dicas, quid refert ſi te admonui ne luderes, cum tu nunquam obedias mihi. Et quid refert dictis ignoſcat mutuis an non.

¶ Quot ſignificat habeat intereſt.

Intereſt habet quatuor ſignificat. Primo modo ſignificat vtilitatem ſeu intereſſe, de quo loquuntur in iure ciuili, vt ſermo tuus itereſt mea, ideſt ſermo tuus eſt vtilis mihi, vel ſermone tuo eſt intereſſe meum, vel vtilitas mea. Secundo modo notat præſentiā, & tūc quærit poſt ſe datiuū vel ablatiuū cū præpoſitione in, vt tu iterſui iſti diſputationi meæ, vel diſputatione mea. Tertio mō notat diſtātiam, vt hinc ad Spoletū interſunt duodecim milia poſſuū. i. duodecim miliaria. Quarto modo notat differētiā, vt multū itereſt inter Ariſt, & Plato, ideſt multa differētia ē. Nil intereſt inter te & belluā ideſt nulla differentia eſt. Dices quoq; ego interſum a te. i. differo, hoc eſt, inter me & te differētia eſt. Et Terētius dixit, Stulto itelli

gens quid intereſt, ideſt intelligens quantum intereſt ab ſtulto, hoc eſt quanta differentia eſt inter ſtultum & intelligētē. Differt quoq idem eſt quod intereſt, quando ſignificat differentiam, vt nihil differt inter carnē & carnes. i. nihil intereſt, hoc eſt nulla differētia eſt. Hæc verba quæ infra ſequuntur poſſunt eſſe perſonalia & imperſonalia. Si enim habent infinitum poſt ſe ſunt imperſonalia, & volunt ante ſe datiuum, & poſt ſe infinitum, vt mihi placet incumbere ſapientiæ Si vero non habent infinitum ſunt verba neutra, & ante ſe volunt nominatiuum pro re agente, & poſt ſe datiuum pro re patiente, vt honeſtas vita conuenit literatis, & ſunt hæc & ſimilia.

Placet	bat	cuit vel placitum eſt	
Libet	bat	buit vel libitum eſt	per piacere
Accidit	bat	accidit	
Euenit	bat	euenit	
Contigit	bat	contigit	per intrauenire
Conuenit	bat	conuenit	
Competit	bat	competiuit	per conuenire
Licet	bat	licuit	per eſſer licito
Expedit	bat	expediuit	per eſſer vtile
Liquet	bat	liquit	
Patet	bat	patuit	per eſſer chiaro & manifeſto
Conſtat	bat	conſtiti	
Vacat	bat	vacuit	per hauer tempo

vacuo, vt nō vacat mihi audire lectiones. i. nō habeo tēpus ſiue commodū

Diſplicet	bat	diſplicuit	per diſpiacere
Reſtat	bat	reſtitit	per reſtare
Sufficit	bat	ſufficit	per hauer ſufficientia

cioe baſtare, vt ſufficit tibi audire Ciceronem.

Sed nota quod dicere debes, mihi placet eſſe bono, vel mihi placet me eſſe bonum, ſi addideris me accuſatiuum ante eſſe, & nobis placet eſſe laſciuis, & nobis placet eſſe laſciuos, ſed intellige nos, ante infinitum eſſe & ſic de ſingulis. Dices etiam volo eſſe bonus, & volo me eſſe bonum.

Hæc verba quæ ſequuntur poſſunt eſſe perſonalia, & imperſonalia. Nā ſi iunguntur cū infinitis ſunt imperſonalia, & tunc quærūt ante ſe actūm, & poſt ſe habēt infinitū, & poſt infinitū caſum ſuorū verborū, vnde venit infinitus, vt me delectat audire bonos auctores & me oportet ad prætorem. Si vero non habent infinitum ſunt ver-

ba neutra & quærunt ante ſe nominatiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente ſicut verba actiua, vt, tales mores non decent domum tuam, & verba mea non te delectant, & tales res non oportent me, & ſunt hæc.

Docet	bat	decuit	per accõſarſe, o vero a cõuẽirſe
Oportet	bat	oportuit	per far biſogno. & iterdũ ſigni
Delectat	bat	aui	(ficat idem quod decet
Iuuat	bat	iuuit	per delettarſe

¶Hæc verba quæ ſequuntur, niſi volueris eſſe nimis antiquus, ſemper ſunt imperſonalia, hoc eſt ſiue, habeant infinitum ſine nõ & quærunt ante ſe genitiuum pro re agente, & poſt ſe accuſatiuum pro re patiente, vt laboris tædet omnes homines, & me miſeret peccatorum, & te non pudet ſcelerũ. Quando vera habent infinitũ, loco genitiui habent infinitum, & vltra caſum ſui verbi, vt me tedet docere in gratos. & ſunt hæc,

Tædet bat tæſum eſt vel ſui per rencreſcere. licet reperiatur tæduit

Miſeret bat miſeretum eſt vel ſuit per hauer compaſſione o vero miſericordia.

Miſereſcet bat Dicimus quoq miſereſco is, Virgilius, Miſereſcimus vltro.

Piget	bat	piguit	
Pudet	bat	puduit	per vergognarſe
Pœnitet	bat	pœnituit	per pentirſe

Antique tamen hæc omnia, perſonalia reperiuntur.

¶Malefit, Benefit, Satisfit, Verba ſunt imperſonalia actiuæ vocis, & paſſiuæ ſignificationis. Nam ante ſe quærunt ablatiuum pro re agente, & poſt ſe datiuum pro re patiente, vt a me malefit, benefit, ſatisfit tibi. Malefacio autem, & Benefacio, & Satisfacio, Verba ſunt neutra. vt malefacio, vel benefacio, vel ſatisfacio tibi.

¶Hæc verba quæ ſequuntur appellantur verba famulatoria. nam poſſunt eſſe perſonalia & imperſonalia. Si enim iunguntur cum infinitis verborum perſonalium, ſunt perſonalia. Si inguntur cum infinitis verbornm imperſonaliũ, ſunt imperſonalia, vt incipio amare magiſtrum, deſino offendere magiſtrum, debeo amare magiſtrũ, ſoleo inſeruire magiſtro, poſſum amare magiſtrum, volo audire magiſtrum. & nunc ſunt verba perſonalia. Sed ſi dicas, me incipio tædere vitiorum, me non poteſt pœnitere ſcelerum meorum, & ſic de

cæteris, erunt verba imperſonalia. Vnde notentur hæc themata.

¶ Tu me cominci a rincreſcere. Tu incipit tædere me.

¶ Voi mancate pentirui delli voſtri errori. Vos deſinit penitere veſtrorum errorum. ¶ Li Ricchi debeno hauere miſericordia alli Poueri. Diuites debet miſereſcere Pauperum. ¶ Tu ſoli rincreſcere al maeſtro. Tui ſolet tædere magiſtrum. ¶ Io non ti poſſo rencreſcere. Mei non poteſt tædere te. ¶ Io te voglio rencreſcere. Mei vult tædere te. Vel ego volo ꝙ mei te tædeat. Sed nūc volo erit perſonale. & ſunt hæc.

Incipit	bat	incepit	per comenzare
Deſinit	bat	deſiuit	per laſſar de far qualche coſa;
Debet	bat	debuit	per deuer (vt deſine ludere
Poteſt	rat	potuit	per potere
Vult	bat	voluit	per volere
Solet	bat	ſolitum eſt per ſolere	

¶ De infinitiuis.

¶ Infinita verborum dicuntur, quia non ſunt finita, quia non habēt certos & determinatos numeros, neq; certas ac determinatas perſonas. Et aut ſunt verborum perſonalium, aut imperſonaliū. Infinita verborū perſonaliū, ſi aliquē caſum habent ante ſe, habēt accuſatiuum, & poſt ſe caſus ſuorum verborum, vt diſcipulum amare magiſtrum placet deo & hominibus, te gaudere virtutibus lætor me egere nūmorum placet tibi, te ſequi bonas artes laudabile eſt, te ampleċti ſapientiam deleċtat me, magiſtrum amari a diſcipulis ſanċtiſſima res eſt. Dices tamen, cupio eſſe bonus, & volo eſſe bonus. Nam hoc verbū ſubſtantiuum Sum es eſt; eſt ſimilium copulatiuū infinito, ſicut in aliis modis, niſi addas accuſatiuum ante infinitum eſſe, vt diximus ante, à, vt cupio me eſſe bonū, & volo me eſſe bonū. Infinita verborum imperſonaliū quærunt ante ſe & poſt ſe caſum ſuorum verborum, vt te miſerere mei eſt opus pium, te tædere vitiorum eſt virtus maxima, volo te pœnitere tuorum peccatorum, a te amari placet amicis tuis, a te inſeruiri amicis honeſtum eſt, te incipere pœnitere ſcelerum gaudeo, a te ſatisfieri creditoribus iuſtum eſt. & ſic de ſingulis.

¶ De gerundiis, & quæ pars orationis debeat dici gerundium.

¶ Gerundia cum habeant caſus & genera in vtroq; numero, verba eſſe non poſſunt. Et quia tranſitiue conſtruuntur cum caſibus ſuo-

rum verborum, vt cauſa legendi Virgilium, nomina appellari nō li-
cet. Et quia accidentia participiorū non habent, participia dici nō
debent. Conuenit ergo dicere, gerundium eſſe partē orationis, cū ge
rundium, quo in oratione latina vtimur, partē faciat orationis. Par-
ticipalia vero dicuntur, quia ſimilia in voce ſint participiis.

¶ Cuius ſignificationis ſint gerundia.

¶ Gerundia deſcendūt a verbis actiuis, neutris, cōmunibus, & depo
nentibus. & tā actionē quā paſſionē ſignificāt, præter verba neutra
abſoluta, vt fœmina vrit videndo, ideſt, dū videtur, & ego ſum para
tus ad audiendū, ideſt vt audiar, vel vt audiam. Et anguis cantādo
rūpitur, ideſt dum cantatur. Et tu ſis doctus legendo, ideſt dū legis.

¶ Differentia inter Participium & Gerundium.

¶ Gerundia hoc modo a participiis differunt, ꝙ ipſa gerundia ſigni
ficāt rei actionem ſiue adminiſtrationem, ſine aliquo tempore. Par-
ticipia vero ſignificant tēpus, ſine rei adminiſtratione. Nā ſi dixeris
tenet me occupatio lectionis legendæ, gerundium eſt, nec futurum
tempus ſignificat, ſed rei adminiſtrationem. Sd ſi dixeris, tenet me
cura debiti ſoluendi, participium eſt futuri temporis, ideſt quod erit
ſoluendū. Si vero dixeris, in legendis lectionibus, tunc legendis par
ticipium, & gerundiū eſſe poterit. Nā ſi dixeris, conſumo tēpus in le-
gendis lectionibus, gerundiū eſt, ac ſi diceres, in legendo lectiones.
Si vero dixeris deerit mihi tempus in legendis lectionibus, tunc le-
gendis participium erit futuri temporis, ideſt dum legentur.

¶ Gerundia coniuncta cum ſubſtantiuis, cuius ſignificationis ſint.

¶ Gerundia iuncta & concordantia cum ſubſtantiuis, ſemper paſ-
ſiue accipiuntur, vt venio cauſa videndi magiſtri, ideſt vt magiſter
a me videatur. & ſimilia, tam ſingularia q̄ pluralia.

¶ Gerundia diſiuncta a ſubſtantiuis, cuius ſignificationis ſint.

¶ Gerundia diſiuncta a ſubſtantiuis, actiuæ ſunt ſignificationis, vt
venio cauſa videndi magiſtrum, ideſt vt videam magiſtrū. Et inter
dum ſic diſiūcta, paſſiue quoq; accipiuntur, cū ſine præpoſitione, &
ſine genere, & in ablatiuo quaſi abſolute ponuntur, vt illud quod ſu
pra diximus, vrit videndo fœmina, & cantando rumpitur anguis.

¶ Genitiuū ſingularē gerundii recte iungi cum genitiuo plurali.

¶ Reperitur quoq; genitiuus ſingularis gerundiis, cū genitiuo plura
li coniunctus, vt apud Liuium. Non enim vereor, ne quis hoc me,
veſtri adhortandi cauſa, magnifice loqui exiſtime, vbi adhortandi,
ſingularis genitiuus eſt, & veſtri pluralis. Item apud Ciceronem de

diuinatione lib.ii. Dolebas tantam Stoicos noſtros Epicureis irridendi ſui facultatem dediſſe. Et apud Plautum in captiuis, Nominandi iſtorum copia.

De ſupinis.

Supina alii confuſo nomine cum gerundiis appellant, alii a gerundiis ſeparant. Quintilianus ait eſſe verba participalia, ſicut gerundia, a quibuſdam nomina participalia appellantur. Vnde dici non debet, ea eſſe alicuius caſus.

Differentia Supini & Gerundii.

Hoc intereſt inter gerundium & ſupinum, Laurentius ait, ꝙ Supinum ſemper ordinatur cum verbo ſignificante motū. Gerundiū vero non ſemper, aliter vero idem ſignificat quod ſupinū, vt vado auditum, & vado ad audiendū, vado venatū, & ad venādū, & ſimilia

Primum ſupinum.

Primum ſupinum nonulli affirmant eſſe accuſatiuum, vltimum vero ablatiuū. Ego autem nullius eſſe caſus magis affirmauerim. Et primū ſupinum non differt a gerundio, niſi quod, vt diximus, ſupinū nunq̄ fere ordinat̄ ſine verbo ſignificante aut occulte demonſtrante motum ad locum, vt ego, vado, & venio, occultum autē motum demonſtrat, cum dicimus, do filiam nuptum, & do libros venum, & fui admiſſus ſpectatum.

Vltimnm ſupinum.

Vltimum ſupinum non eſt alicuius caſus, nec iungitur verbo ſicut primum ſupinum. Nam illud ineptiſſimum non dicimus, venio amatu, vel venio lectu. Nec iūgitur adiectiuo, nec regit caſum ſicut gerundiū, nec a verbo, nec a participio regit̄, ſed ſine præpoſitione adiectiuo coniungitur, & paſſiuæ tantū eſt ſignificationis, vt dignus amatu, ideſt dignus qui ametur, mirabilis viſu, ideſt dignus admiratione cum videatur, & facilis dictu, & facilis factu. & ſimilia

Verus ſenſus ſuper gerundiis.

Gerundia vel participalia nomina, Li Gerundii, o vero li nomi participali, ſunt hæc, ſono quæſti. Cauſa amandi, per caſon de amare, & eſſer amato, Amando, amando, & eſſendo amato, Ad amādū, ad amare & ad eſſere amato. Supina ſunt hæc, Li ſupini ſon queſti, Ego vado amatum, Io vado amare, actiue tantum, Ego ſum dignus amatu, Io ſon degno de eſſer amato, paſſiue tantum, & ſecundum Priſcianum, ſon degno de amare actiue, quod Laurentius nequaquam putauit. Nam ſum dignus amatu, nil aliud eſt quam ſum

dignus qui amer, & ſimilia. Si aliter gerundiā aut ſupina reſolueris; dii te perdant atq; eradicent.

De Participiis.

Diffinitio Prticipiorum.

PArticipiū, eſt pars orationis declinabilis, dictum quaſi partem capiens. Nam a nomine, accipit genera & caſus, A verbo accipit tempora & ſignificationes, Ab vtroq; numerum & figurā. Accidunt autem ipſi ſex, Genus, Caſus, Tempus, Significatio Numerus, & Figura.

A quibus verbis fiant participia.

¶ Participia fiunt ab actiuis, Paſſiuis, Neutris, Communibus, & Deponentibus.

Quot participia fiant ab actiuis.

¶ A verbo actiuo duo veniūt participia, in ans, vel in ens, & in rus Participia in ans vel in ens, ſunt temporis præſentis & præteriti imperfecti, Participia vero in rus, ſunt futuri temporis.

Participia in ans vel in ens vnde formētur.

¶ Participia ī ans vel ī ens formātur a prima perſona præteriti im pfecti indicatiui modi, mutata bam in ens, vt amabam, bam in ens fit amans. Legebam, bam, in ns mutata, fit legens & ſic de ſingulis. Porro participium amans, ſignificat eum qui amat, & eum qui amabat, nam omne participium reſoluitur per relatiuum.

Participia in rus vnde formentur.

¶ Participia in rus formantur ab vltimo ſupino, addita rus, vt amatum amatu, addita rus, fit amaturus. Ergo illa verba actiua quæ carent ſupinis, non habent participium in rus, ſignificat autem amaturus, eum qui amabit.

Quot participia fiant a paſſiuis, & cuius temporis, & vnde formentur.

A verbis paſſiuis duo fiunt participia, in tus & dus, &. Sed participia in tus, ſunt præteriti perfecti & pluſquam perfecti temporis, vt amatus quod participiū ſignificat illum qui amatu fuit, vel amatus fuerat. Formantur autem ab vltimo ſupino addita s, vt amatū amatu addita s, fit amatus. Ergo verba paſſiua, quorum actiua carent ſupinis, non habent participia in tus, ſed tantum vnum, in dus.

Participia in dus vnde formentur.

Participia in dus formantur a genitiuo ſui participii præſentis, tis mutata in dus, vt amans amantis, tis in dus mutata, fit amandus, &

ſunt participia in dus, futuri temporis, ſignificat ergo amandus, eſt qui amabitur. Sed participia in dus, aliquando exponuntur per dignus, digna, dignum, vt amandus, dignus amari, legendus, dignus legi &c. ſed tunc amandus participium tranſit in nomen.

Quot participia fiant a verbis neutris.

¶ A verbo neutro duo fiunt participia, ſicut ab actiuo, in ans vel in ens, & in tus, vt ſeruio, ſeruiens, & ſeruiturus, & formatur ſicut actiua, & eiuſdem ſunt temporis. Sed ſi carent ſupinis verba neutra non habent participia in rus, ſicut diximus de actiuis.

Quædam autem verba neutra tria habent participia, ſcilicet.

Prandeo des prandens, pranſus, & pranſurus.
Gaudeo es gaudens, gauiſus, & gauiſurus.
Soleo es ſolens, quod poſuit Plautus, ſolitus & ſoliturus.
Audeo es audens, auſus, & auſurus.
Fideo is fidens, fiſus, & fiſurus
Fio fis ſecundum hanc regulan deberet facere, fiens, factus, & facturus, ſed facturus non eſt a fio, ſed a facio verbo actiuo Sed loco huius participii, damus huic verbo fio, futurus, quod eſt ab vltimo ſupino antiqui verbi fuo, fuis, quod non eſt in vſu, futum ſutu, addita rus. Fiendus vero apud bonos auctores nō reperitur, ſed faciendus paſſiuæ ſignificationis, a facior faceris, quod non eſt in vſu, pro quo vtimur fio, verbo neutro paſiuo, Fiens autem non eſt in frequenti vſu.
Iuro as iurans, iuratus, & iuraturus
Cœno as cœnans, cœnatus, & cœnaturus, & quædā alia.

¶ Sum, es, eſt, verbum ſubſtantiuum, vnum tantū participiū habet, quod eſt ens, futurus non eſt ab hoc verbo, ſed ab antiquo verbo, fuo. neq; eſſendi, eſſendo, eſſendum, vſquam reperitur.

Quot participia fiant a verbis communibus.

A Communibus verbis quatuor fiunt participia, in ans vel in ens, in rus, in tus, & indus. Nam duo fiunt ab actiua ſignificatione, duo a paſſiua, quia commune verbum vtranq; retinet ſignificationem, vt largiens, largiturus, largitus, & largiendus, & ſic de ſingulis, formanturq; omnia ſicut ſupradiximus. Sed aduerte ꝙ participia cōmunia terminata in tus, poſſunt eſſe actiuæ & paſſiuæ ſignificationis. Nā ſi dixeris magiſter largitus mihi librum, doctus eſt, erit actiuæ ſignificationis. Si vero dixeris, liber largitus mihi à magiſtro eſt bonus, erit ſignificationis paſſiuæ, & ſic de aliis.

Quot participia fiant a Deponentibus.

A Verbis deponentibus tria ſunt participia, in ans vel in ens, in rus, & in tus, vt a ſequor, ſequens ſequutus & ſequuturus, formanturq; vt ſupra dictum eſt. Sed participia deponentia, omnia ſunt ſignificationis actiuæ, licet terminata in tus reperiatur in paſſiua quoq;. Imo & participia in dus, a verbis deponentibus paſſiuæ ſignificationis inueniuntur, vt ſequendus, aggrediendus, auxiliandus & ſimilia.

Participiorum terminationis.

Terminationes ſeu voces participiorum ſunt octo.

In ans	vt amans	In ens	vt legens.
In tus	vt amatus	In rus	vt amaturus.
In dus	vt amandus	In ſus	vt viſus.
In xus	vt fixus	In uus,	vnũ tantum, vt mortuus.

Conſtructio participiorum.

¶Omnia participia poſt ſe conſtruuntur cũ caſibus ſuorum verbo rum, vnde deſcendunt participia. Nam ante ſe caſum aliquem non quærunt, quia cum ſubſtantiuo ſicut adiectiua concordant.

Quot modis participium tranſeat in nomen.

¶Participium modis quinq; fit nomen, conſtructione, temporis amiſſione, cõparatione, & ſignificati mutatione. Cõſtructione, quã do conſtruitur cum alio caſu, q̃ cum eo quem participium quærit, vt amans ſapientiæ, nam ſi eſſet participium, dicendũ eſſet amans ſapientiã. Tẽporis amiſſione, quando tẽpus amittit, vt amans pro eo, qui amore captus eſt, vt meminerunt omnia amantes. & doctus pro eo, qui erudjtus eſt, vt ita ſentiunt docti viri. Comparatione, vt amantior & amatiſſimus, nã nullũ participiũ terminatur in or. Cõpoſitione, vt indoctus, & in noces. nã indoceo nõ reperit neq; ino ceo, Mutatione ſignificati vt amandus, pro eo qui eſt dignus amari.

Quot ſint Figuræ Participiorum.

¶Cũ tres ſint noium & verborũ figuræ, participiorũ tantũ duæ sũt Simplex & Decõpoſita. Simplex, vt legẽs, Decõpoſita, vt perlegẽs Nã omne participiũ aut eſt figuræ ſimplicis, aut decõpoſitæ. Priſcia nus autẽ docet quoq; inuẽniri participia cõpoſitæ figuræ, vt sũt in fractus & cõractus, quæ cõſtãt ex duabus integris dictionib⁹, ſed vẽ niũt a verbis cõpoſitis ex ĩtegra & corrupto, vt infringor, cõtingor

Vtrum fiant participia ab imperſonalibus.

¶Participia ab imperſonalibus nõ veniunt, niſi ſolum a tedet, per

ræſus, quod ponit Suetonius, & pœnitet, quod facit pœnitens, quæ reperies apud Lactantium.

¶ Hæc autem quæ ſequuntur, magis ſunt nomina quam participia dicenda, aut participia nimis antiqua, & abuſiua, ſcilicet Figuendus, Dolendus, Pœnitendus, Carendus.

¶ Item ſunt quædam quæ voce participia eſſe videntur, ſed ſunt nomina, aut participia ſine verbo. Nam eorum verba nuſquam reperiuntur. & ſunt hæc, Galeatus, a galea indutus.

Pileatus, a pileo, ideſt pileo indutus.

Scutatus, a ſcuto, ideſt ſcuto armatus.

Tunicatus, a tunica, ideſt tunica indutus.

Annulatus, ab annulo, ideſt annulo indutus.

Manicatus, a manicis, ideſt vinculis manum ligatus.

Calicatus, a caligis indutus.

Sunt autem caligæ, militum, vnde milites caligat.

Brachatus, a brachis, ideſt a paludamento indutus.

Paludatus, a paludamento, ideſt a paludamento indutus, eſt. n. paludamentum, militaris veſtis.

Togatus, a toga, ideſt toga indutus.

Prætextatus, a prætexta, ideſt prætexta indutus.

Fuit autem olim prætexta Romanorum puerorum nobilium veſtimentumque, vſusque ad annum quintum decimum.

Trabeatus, a trabea, ideſt trabea indutus. Fuit autem trabea Romanorũ regium veſtimentum.

Comatus, a coma, ideſt capillatus.

Baccatus ſine, h, a bacis, ideſt bacis ornatus, hoc eſt gẽmis quæ ſunt ad baccarum fructuũ ſimilitudinem.

Penulatus, a penula, ideſt penula indutus, quæ fuit olim veſtis ad arcendas pluuias, & ea erat ſcortea, ideſt ex pelle.

Soleatus, a ſolea calciatus, ideſt la pinella.

Crepidatus, a crepida, ideſt crepida calciatus, quod eſt eiuſdem generis calciamentum.

Criſtatus, a criſtis, ideſt criſtis indutus, quæ ſunt galearũ inſignia.

Haſtatus, ab haſta armatus.

Lunatus, a luna, ideſt habẽs formã lunæ, vt Lunaris agmina peltis.

Stellatus, a ſtellis, ornatus, ſtellatum cœlum, vel ſplendẽs, ſicut ſtellæ.

Literatus, a literis, ideſt literis ornatus.

Turritus

Turritus,a turribus,ideſt torribus munitus,vt turrita peruſcia,& Sena,& Viterbium quoq; turritum.
Ciritus,a cirris,ideſt ornatus cirris capillorum.
Crinitus,a crinibus,ideſt capillatus.
Pellitus,a pelle munitus,vt pellitæ oues.
Cornutus,a cornibus,ideſt cornibus armatus,boues cornuti.
Armatus,ab armis,ideſt armis munitus.Sed armatus,ab armor armaris.paſſiuo verbo,participium eſt,in tus paſſiuum.

ℂDe Relatiuis

ℂRelatio,eſt ante latæ rei repreſentatio.Et relatiuum,eſt antelatę repræſentatiuum Relatiuum autem duplex eſt,ſubſtantiæ,& accidentis ſeu accidentiæ.Relatiuum ſubſtantiæ eſt,quod refert nomẽ ſubſtantiuum,vt Socrates,qui docuit Platonem,intellexit philoſophiam ,antecedens huius relatiui qui,eſt Socrates ſubſtantiuum. Item illi qui currit,mouetur antecedens huius relatiui qui , eſt ille pronomen,quod ponitur loco proprii nominis & ſubſtantiui nam ſubauditur homo,vel aſinus,aut aliquid ſimile.

ℂQuæ ſint relatiua ſubſtantiæ.

ℂRelatiua ſubſtantiæ,Qui Quæ Quod,Suus,Ipſe,Sui, Alter Alius,Is,Idem,Ille,Reliquus,Ambo,Vterq;,Cæteram,Cæterũ . nam cæter,ſeu cæterus,in vſu non eſt.Vnde aduerte,ꝙ ſi dixeris,Gaſpar legit Virgilium ſicut alii magiſtri,antecedens huius relatiui alii, eſt Gaſpar ſubſtantiuum.Ex qua oratione ſequitur,ꝙ Gaſpar, eſt magiſter, & hoc eſt ex natura huius relatiui alius.
ℂItem ſi dixeris,Chriſtus crucifixus fuit,cum duobus aliis latronibus,ſignificabit Chriſtum fuiſſe latronem,Ideo hæc oratio eſt falſa
ℂDices quoq;, albũ quod videtur eſt color, antecedens huius relatiui quod,eſt albũ adiectiuũ,quod in neutro genere , ſubſtantiuum efficitur,ideſt alba res.Sicut,triſte lupus ſtabulis , ideſt triſtis res,

ℂQuotuplex ſit relatiuum ſubſtantiæ.

ℂRelatiuum ſubſtantiæ duplex eſt.Vnũ identitatis,ideſt ſimilitudinis,Alterum,diuerſitatis. Identitatis ſunt , qui,quæ, quod ſuus ipſe,ſui.Diuerſitatis ſunt,alius,alter,reliquus,& cætera, cæterum.

ℂRelatiua accidentis

ℂRelatiua accidentis ſunt, quæ referunt adiectiua , & ſunt hæc, Qualis,Quantus,Quotus,Quotennis,Quotuplex,Cuias, Quotuplus,Cuius,Cuia,Cuium,Quot,Quotenus.
ℂHorũ quoq; quædam ſunt identitatis,quædam diuerſitatis,quan

tus quotus & ſimilia,vt ſum bonus, qualis es tu,Sum magnus,quan tus es tu Nam ſic eſt indentitas,ſiue,ſimilitudo. Diuerſitatis vero ſunt,aliuſmodi,alteriuſmodi,vt ſum albus & coruus eſt alteriuſmo di & nunc eſt hic diuerſitas Sed cum dicimus,ſum qualis tu, debes intelligere ſuum correllatiuum talis,& ſum quantus tu,intelligitur correlatiuum tantus,& ſic de ſingulis.

¶Quis nunquã relatiue ponitur,ſed interrogatiue,vt quis currit? quid facit.vel infinite,vt neſcio quis currat,& neſcio quid faciam. vel ponitur admiratiue,vt quis homo eſt ille,& quid dixit ille.

¶Antecedentia adiectiua huius relatiui qualis,ſunt omnia adiecti ua denotatia qualitatem,vt bonus,doctus,indoctus, prudens, hu manus,pauper,diues,albus,niger,pulcher,& ſimilia, vt ſum bonus doctus,qualis es tu.

¶Antecedentia huius relatiui quãtus,ſunt omnia adiectiua deno tantia quantitatem exceſſus vel diminutionis, vt magnus, paruus, longus,latus,altus,curuus,amplus,& ſimilia,vt ſum magnus, par uus,quantus,es,tu.

¶Antecedentia huius relatiui quotennis,ſum omnia adiectiua con poſita ab anno,biennis,triennis quatriennis,& ſimilia,vt puer meus eſt biennis,quotennis eſt tuus.

¶Sed pro vniennis dicimus anniculus.la.lum,cuius correlatiuum totennis eſſe deberet,ſed non eſt in vſu.

¶Antecedentia adiectiua huius relatiui quotus,sũt omnia adiecti ua ordinalia,vt primus,ſecundus, tertius & alia, vt ſum primus in ſchola,quotus,non es tu,Cuius correlatiuum deberet eſſe totus,ſed non eſt in vſu.

¶Antecedentia adiectiua huius relatiui quotuplex, ſunt ſimplex, duplex,triplex,quatruplex,& ſimilia,vt mea veſtis eſt duplex, vel triplex,quotuplex,non eſt tua,Cuius correlatiuum deberet eſſe to tuplex,ſed non eſt in vſu.

¶Antecentia adiectiua huius relatiui cuias, ſunt omnia adiectiua patria,vt Romanus,Florentinus,Viterbienſis,Fulginas,Rauennas, & ſimilia,vt ſum Romanus,cuias es tu.Sed aduerte,quod patria no mina terminata in as,habent accentum circunflexum in vltima ſyl laba as,vt Fulginas,Rauennas,&c.Nam fiũt per ſyncopẽ ab illis ve tuſtis,remotati, veteres enim dicebant,hic & hæc cuiatis & hoc cu iate,& hic & hæc Rauennatis & hoc Rauennate accẽtu circunflexo in penultima ſyllaba, nos vero per ſyncopen remouimus ti, & re

manſit accētus circunflexus in eadem ſyllaba,& dicimus cuias,Rauennas,& ſimilia.

¶Antecedentia adiectiua huius relatiui quotuplus,sūt omnia adiectiua ſignificantia menſuram vel pondus, vt duplus, triplus, quadruplus,decuplus,centuplus,& ſimilia,vt ager meus reddit duplū, quotuplum tuus non reddit,& ſignificant pondus, vel menſuram, vel duplicitatem.

¶Antecedentia huius relatiui cuias.ia.ium,ſunt omnia adiectiua denotantia poſſeſſionem,vt Petreius,Euandrius,Æneius,& ſimilia, vt hæc domus eſt petreia,cuia non eſt illa. vel referunt genitiuos ſubſtantiuorum,ſignificantes poſſeſſionem,vt hoc pecus eſt Mœlibei,cuium non eſt illud.vel referunt pronomina poſſeſſiua, vt hæc domus eſt mea,cuia non eſt illa.

¶Quot relatiuum habet ſuum correlatiuum tot, & antecedentia adiectiuū omnia nomina adiectiua numeralia,vt duo,tres quatuor quinq;,&c,vt ſcio tot carmina,quot ſcis tu,& habeo mille aureos, quot tu non habes.

¶Antecedentia adiectiui huius relatiui quotenus, vt quibuſdem, placent ſunt,binus,ternus,quaternus,& ſimilia,vt fratres incedunt bini,quotenni boues ad aratrum.Et ſignificat quotennus, vſq; ad quem numerum.

De ſui & ſuus.

¶Sui quod caret nominatiuo duobus modis ponitur reciproce,& retranſitiue.Reciproce,vt quiſquis amat ſe.Retranſitiue, vt magiſter rogat te vt venias ad ſe.

¶Suus ſua ſuum aliquando ponitur relatiue,vt Socrates amat filiam ſuam,& ego vidi Franciſcum indomo ſua. Aliquando ponitur retranſitiue,vt hic rogat me vt amē virtutes ſuas. Aliquando ponitur relatiue,& interpretatur congruus;vt Scipio factus eſt ſuo tēpore conſul,ideſt congruo & conuenienti. Et Phæbo ſua ſemper apud me Munera ſunt, vt eſt in Bucolico, ideſt congrua & conuenientia.

De interogatiuis

INterrogatio,eſt rei dubiæ vel tanquā dubiæ poſtulatio.Interrogatiuum nomen,eſt rei dubiæ,vel tanquam dubie poſtulatiuū. Nam interrogare,eſt de rebus dubiis.

Quis & vter interrogatiua ſunt, vt quis currit?vel vter illorum

currit. Sed vter, duorum tantum eſt interrogatiuum. Quis vero, eſt interrogatiuum duorum vel plurium. Ergo ſi fuerint duo, pro arbitrio tuo dicere poteris, quis vel vter. Sed ſi fuerint plures, non dicere poteris vter ſed quis.

¶ Et nota ꝙ tã relatiua ſubſtantiæ qui, quæ, quod, ꝙ relatiua accidẽtis, qualis, quantus, & reliqua, poſſunt poni interrogatiue per totã declinationem. vt qui vir eſt ille, quæ fœmina eſt illa, quod animal eſt illud? & qualis eſt ille? quantus eſt ille? & reliqua.

¶ Item nota, ꝙ non ſemper fit reſponſio per eundem caſum, per quem fit interrogatio. Nam reſpondetur quãdoq; per aliud verbũ. quanti æſtimas domum, reſpondebis mille vel centum aureis, & quam puellam amas? illa puella amatur a me. & ſic de ſimilibus.

¶ Item ſi facta fuerit interrogatio per qualis, vel per quãtus, & per alia relatiua accidentis, reſpondebis per adiectiua ipſis relatiuis conuenientia, vt ſupra dictum eſt.

¶ Item reperiuntur quædam dictiones habentes cunq;, quæ tantũ valent quantum geminatæ, vt qualeſcunq;, & qualiſqualis, quantuſcunq; & quantuſquantus, & quotcunq;, & quotquot, vt quotquot autem receperunt eum, ideſt quotcunq; eũ receperunt, & ſic de aliis.

De Diſtributiuis.

Diſtributiuum eſt ſignum vel nota diſtributionis & diſtributiuum eſt duplex. affirmatiuum. & negatiuum.

Diſtributiua affirmatiua.

Omnis, quiſq;, Quilibet. Vterq; duorum tantum, Ambo duorum tantum.

Diſtributiua negatiua.

Quicunq;. Nullus, Nemo, Neuter.

¶ Sed inter nullũ, & neminem hoc intereſt, ꝙ nullus de rebus omnibus dicitur, nõ ſolũ de homine. Nemo vero, tantum de homine. Sed neuter duorum tantum eſt negatiuum, ſicut vterq; duorum tantum affirmatiuum. Et conſtruuntur diſtributiua poſt ſe cum genitiuo plurali, vel ablatiuo cum e, vel ex, vel de, vel cum accuſatiuo cum inter, vt neuter illorum, vel ex illis, vel inter illos ſtudet. & cũ nominatiuo ſingulari, vt quiſquis homo, & nullus homo.

Differentia inter quiſq; & quilibet.

¶ Inter quiſq; & quilibet non parum inter eſt. Nam quiſq;, ſignificat omnis, quilibet vero, ſignificat vnum quem eligere volueris, vt elige quemlibet iſtorum librorum, ideſt quem vis eligere horum librorum,

brorum. Nolo dicere quemq̃, nam ſi dicas elige quemq̃ iſtorum librorum, ſignificat omnes iſtos libros, quod apud bonos veriſſimum eſſe comperies.

¶ Quiſquis & quicunq̃.

¶ Item nota ꝙ quiſquis & quicunq̃ multum differunt a quiſq̃. Nã quiſquis & quicunq̃ requirunt poſt ſe aliam orationem, vt quiſquis cupit diſcere grammaticam, legat has regulas, & quicunq̃ me amat, bonus eſt. Sed quiſq̃ ſignificat omnis, abſolute, vt quiſq̃ me amat, & quiſq̃ ſuos patimur manes.

¶ De partitiuis.

PArtitiuum nomen eſt ꝙ quod fit partitio, ſeu eſt ſignum partitionis, & ſunt partitiua hæc Alius, Aliquis, Vnus, Alter, ideſt vnus de duobus tantum, Quis, Vter, quidam, licet qs & vter ſint interrogatiua, vt diximus, cõſtruũturq̃ ſicut diſtributiua, vt vnus diſcipulus meus dormit, vel vnus diſcipulorũ meorum, vel vnus ex meis diſcipulis, vel vnus inter diſcipulos meos. Aliquis tamen differt a quidam nam quidam certiorem rem ſignificat, quam aliquis, licet plerumq̃ confundantur.

¶ De patronymicis.

PAtronymicum nomẽ eſt illud quod a propriis nominibus græcis, patrum vel auorum deriuatur, & ſignificant filiũ vel nepotem, filiam vel nepotem, aut alios deſcendẽtes. Quãdo ſignificant filium vel filiam, referunt ad patrem vel ad matrem, quando ſignificant neptem vel nepotem, referuntur ad auum vel auiam.

¶ Cuius generis ſunt Patronymica

¶ Patronymica aut ſunt maſculini, aut fœminini generis oĩa vero ſunt fœminini generis, præter ea quæ terminãtur, in des, quæ ſunt maſculini generis.

¶ Cuius declinationi ſint Patronymica.

¶ Patronymica maſculina, sũt declinationis primæ, vt priamides huius priamidæ. Patronymica vero fœminina, ſunt declinationis tertiæ, vt hæc priamis, huius priamidis vel priamidos, exceptis terminatis in ne, quæ faciunt genitiuum in s, ſecundum græcam terminationem.

¶ Quæ ſint terminationes patronimicorum.

¶ Patronymica quatuor habent terminationes, ſcilicet in des, in is, in as, in ne, vt priamides, priamis, Antonias, & Nerine.

A qua declinatione nominum veniant patronymica?

¶ Patronymica formãtur a nominibus proprii ſprimæ vel ſecũdæ vel tertiæ declinationis Nam quarta & quinta declinatio non habet nomina propria a quibus tantum veniunt patronymica.

Patronymica prima declinatione quomodo formantur.

¶ Patronymica quæ fiũt a nominibus propriis primæ declinationis formantur a genitiuo mutata vltima e, genitiui in a, & addita des, vt æneas æneæ vltima e, mutata i a, & addita des fit æneades quod ſignificat filium vel nepotẽ æneæ, & ſic de ſingulis ſimilib⁹ exceptis his quæ abuſiue formantur, videlicet Anchiſes anchiſæ vltimo e, genitiuo mutato in a, fit ãchiſa, addita des fit anchiſades ſecundũ regulã. Sed abuſiue addimus i, ante a, & dicimus anchiſiades ideſt filius vel nepos Anchiſæ.

Maia Maiæ, vltimo e, genitiui mutato i a, & addita des fit Maiades, idẽ filius vel nepos Maiæ, ſed ſignificat Mercurius, filius Maiæ Ilia Iliæ, vltimo e, genitiui mutato i a, & addita des, fit Iliades, idẽ filius, vel nepos Iliæ. Sed ſignificatur Romulus vel Remus, qui fuerunt Iliæ Albanæ filii.

Iliades Patronymicum.

¶ Hoc patronimicum Iliades poteſt deſcẽdere ab Ilia, matre Romuli & Remi, vt diximus, & ab hoc Ilium Illi, & tunc ſignificabit hominem Iliacum, ideſt Troianum, & formatur hoc modo, Ilium Ilii, vltimo i, mutato in a, & addita des, fi Iliades.

Patronymica quæ veniunt a nominibus propriis ſecundæ declinationis,

Patronymica quæ veniunt a nominibus propriis ſecundæ declinationis, formantur a genitiuo, addita des, vt priamus priami, addita des, fit priamides, ideſt filius, vel nepos priami, exceptis terminatis in eus.

Terminata in eus nomina ſecundæ declinationis.

¶ Patronymica quæ veniunt a nominibus propriis ſecundæ declinationis, terminatis in eus, formantur a genitiuo, hoc mõ, Theſeus Theſei, ei, matata in i, longũ, & addita des, fit Theſeides, ideſt filius, vel nepos Theſei, & ſic de ſimilibus.

Patronymica quæ veniunt a nominibus tertiæ declinationis.

¶ Patronymica quæ veniũt a nominibus tertiæ declinationis, formãtur a datiuo, addita des, vt Hector Hectoris Hectori, addita des, fit hectorides, quod ſignificat filium, vel nepotem Hectoris.

¶Patronymica fœminina terminata in as, vel in is formantur a nominatiuo ſingulari patronymici maſculini, remota de, vt a priamides remota de fit, priamis, quod ſignificat filiam, vel neptẽ priami. & ſic de ſingulis, niſi formentur irregulariter.

¶ Maias patronymicũ fœmininũ, formatur a Maiades, patronymico maſculino, remota de, & ſignificat filiam vel neptem Maiæ.

¶ Patronymica, quæ infra ſequuntur, quomodo formentur?

Achilliades	Antoniades
Anchiſiades	Peliades
Atlantides	Æneis, patronymicum fœmininum
Phaetontiades	Theſeis, patronymicum fœmininum.
Amphitryoniades	Ilias, patronymicum fœmininum.

¶ Achilliades format hoc modo, Achilles, Achillis, Achilli, addita de, ſecundum regulam, facit Achillides, ſed nos addimus e, ante i. & dicimus achilleides, vnde remota de, fit Achilleis, patronymicum fœmininum.

¶ Anchiſiades vt diximus format, hoc modo, Anchiſes, Anchiſæ ſecũdũ regulam, ſed addimus i, ante a, & fit Anchiſiades, patronymicum fœmininum, quod ſignificat filiam, vel neptem Anchiſæ. & ſic formatur Laertiades, ideſt Laertæ filius, & ſignificat vlyſſes.

¶ Atlantides formatur hoc modo, Atlas, Atlantis, Atlãti, addita des, fit Atlãtides, ſecundum regulã, ſed addimus a, poſt i, & fit Atlantiades, & ſignificat Mercuriũ, nepotẽ Atlãtis, ex Maria Atlãtis filia, vnde remota de, fit Atlãtias, patronymicũ fœmininum, quod ſignificat filiã, vel neptẽ Atlantis. Sed Pœtæ in hoc nomĩe Atlas non ſemper faciunt abuſionem, dicẽtes Atlantiades pro patronymico maſculino, & Atlantis pro patronymico fœminino,

¶ Phaethontiades, quod eſt patronymicum, a frater veniens, formatur hoc modo, phaethon, phaethõtis, phaethõti, addita des fit phaethontides, ſecundũ regulam, ſed addimus a, poſt i, & fit phaethontiades. vnde remota de, fit phaethõtias, patronymicum fœmininum, quod abuſiue ſignificat ſorores phaethõtis verſa in populos arbores. Sed in hoc nomine quoq; poetæ non ſemper faciũt abuſionem dicentes phaethõtiades, pro patronymico maſculino & phaethontis, pro patronymico fœminino.

¶ Amphitryoniades, patronymicũ maſculinũ formatur hoc mo

do, Amphitryo, Amphitryonis, Amphitryoni, addita des, fit Amphitronydes, ſecundum regulã, ſed addimus, a poſti, & fit Amphitryoniades, quod ſignificat Herculem, filiũ Amphitryonis, vnde remota de, fit Amphitryonias, quod ſignificat filiam, vel nepotẽ Amphitryonis.

❡ Antoniades formatur hoc mõ, Antonius, Antonii, vltimo, i gtĩ mutato i, a fit Antonia, addita des, fit Antoniades, filius vel nepos Antõii, vnde remota, de, fit Antõias, quod ẽ filia vel neptis Antõii

❡ Pelius, mons Theſſaliæ, format pratronymicum maſculinũ, Peliades, quod formatur hoc modo, pelius pelii vltimo, i, genitiui mutato in a, fit Pelia, addita des fit Peliades, patronymicũ maſculinũ quod abuſiue ſignificat hominem ex Theſſalia, vnde remota, de fit pelias, patronymicum fœmininum, quod eſt fœmina ex Theſſalia. Vnde quoq; dicta eſt ſecundum aliquos, haſta pelias, ideſt haſta Achillis Theſſali. Nam achilles Theſſalus fuit, & pelius, mõs Theſſaliæ eſt.

❡ Aeneis patronymicũ fœmininum formatur ab Aeneades patronymico maſculinõ, hoc modo, Aeneades remota, de, fit Aeneas ſecũdũ regulam, ſed vltimũ a vertitur in i, & fit Aeneis, quod ſignificat filiam, vel neptem, vel hiſtoriam vel fabulam Aeneæ.

❡ Theſeis patronymicum fœmininum. formatur a patronymicõ maſculino, Theſeides hoc mõ, Theſides remota, de, fit theſis ſecũdum regulam, ſed addimus e, ante i, fit Theſeis patronymicum fœmininum, quod ſignificat filiam, vel neptem, vel hiſtoriam, vel fabulam Theſei. Et ſic formantur omnia fœminina patronymica, quæ veniunt nominibus propriis ſecundæ declinationis terminatis in eus, vt Orpheus, Tydeus & reliqua.

❡ Ilias patronymicum fœmininum, vel fit ab Ilia vel fit ab Ilio. ſi fit ab Ilia, formatur ab Iliades maſculino patronymico, quod venit ab Ilia, hoc modo Iliades remota, de, fit Ilias, ideſt filia, vel neptis Iliæ matris Romuli, & Remi. Si fit ab Ilio, formãt ab Iliades maſculino patronymico, quod venit ab hoc nomine Ilium Ili hoc modo, Iliades remota, de, fit Ilias, quod ſignificat mulierem, vel hiſtoriam, vel fabulam Troianam, vt Ilias Homeri.

❡ Patronymica in ne,

❡ Patronymica i, ne, terminata, pauca ad modũ ſunt & fœminini generis, formãturq; a genitiuis addita ne. vt Adraſtus adraſti addita ne fit Adriaſtine quod ſignificat filiã vel neptẽ Adraſti. et Nereu, ne

rei

rei ei,in i longã mutato,& addita ne,ſit Nerine, qđ ſignificat filiã, vel neptem Nerei,marini dei, Acriſii, vltimo i,mutata in o, & addita ne,ſit Acriſione,quod ſignificat filiam,vel neptem Acriſii, ſed præcipue intelligit Danae,quã Iupiter in aurũ verſus compreſſit.

¶ A quibus nominibus patronymica proprie formantur.

¶ Patronymica proprie formantur maſculinis, græcis nominibus propriis patrum vel auorum, vt diximus.

¶ Vnde veniunt patronymica abuſiua.

¶ Abuſiua patronymica & impropia, veniunt a nominibus matrũ vt Iliades,& Maiades. A nominibus Regum, vt Aeneades.i.Troianus,a rege Aenea, Cecropides, Athenienſis, a rege Cecrope. A nominibus fratrum, vt Phaethentiades. A nominibus regionum, vt Colchis,ideſt Medea, quæ fuit Calchorum regina. Et a nominibus vrbium,genitiuum,qualia apud poetas frequentiſſime reperiuntur, vt Argolis, Troas, Atthis, Sicelis,& ſimilia.

¶ Declinatio patronymici maſculini.

¶ Hic Aeneades,huius Aeneadæ,huic Aeneadæ,hũc Aeneadã vel Aeneaden,o Aeneada vel Aenada,ab hoc Aeneada vel Aeneade,hi Aeneadæ,horum Aeneadarũ,his Aeneadis,hos Aeneadas,o Aeneadæ,ab his Aeneadis.& ſic de reliquis.

¶ Declinatio patronymici fœminini.

¶ Hæc primis,huius Priamidis vel Priamidos græce,huic Priamidi,hanc Priamidem vel Priamida græce,o Priamis, vel o Priami græce,ab hac Priamide,hæ Priamides,harum Priamidum, his Priamidibus,has Priamides vel Priamidas græce, o priamides, ab his priamidibus.& ſic de cæteris.

¶ Interdum vero ponuntur poſſeſſiua nomina,pro patronymicis, vt Saturnis,ideſt Iupiter,& Saturnia Iuno,Saturnius, pro Saturnides,& Saturnia,pro Saturnis.

¶ In terdum ponuntur patronymica pro patruis, tam maſculinis q̃ fœmininis,vt Cecropidæ pro Cecropii,ideſt Athenienſes,& terra Cecropis,pro terra Attica,a Cecrope rege Athenienſum. Poſtremo omne patronymicum eſt appellatiuum & ſubſtantium.

¶ De comparatiuis.

COmparationis gradus ſunt tres,poſitiuus, cõparatiuus & ſuperlatiuus. Poſitiuum autem dicimus,omnẽ partem rationis a qua coparatiuũ & ſuperlatiuũ formati poteſt. Nam non ſolũ a nominibus,ſed ab aliis partibus orationis comparatiua formantur,

præterquam a pronomine,a coniunctione & interiectione.

Diffinitio comparatiui.

¶ Comparatiuum nomen,eſt illud quod ſignificat magis cum poſitiuo,hoc eſt quod tantum ſignificat quantum ſignificat poſitiuus cum magis,vt albior,magis albus,iuſtior,magis iuſtus,&c.

A quibus partibus orationis formentur comparatiua.

¶ Cōparatiua formantur a nomine,a verbo,a participio,a præpoſitione,ab aduerbio.A nomine,vt albior,a verbo, vt detero , deterior,a participio,vt amantior,a præpoſitione,vt poſt poſterius, ab aduerbio,vt pridem,prior.

A quibus nominibus formentur cōparatiua.

¶ Comparatiua formantur a nominibus adiectiuis , quorum accidens ſiue qualitas per plus & minus recipit in crementum,formantur autem,ſi adiectiua ſin ſecundæ declinationis,a genitiuo addita or,vt albior.Si ſint tertiæ formātur a datiuo addita or,vt fortis forti,addita or,fit fortior.

Quare adiectiua quæ habent in nominatiuo duas vocales non forment comparatiua.

¶ Nomina adiectiua terminata in us,vel in is,habentia duas vocales ante s,vt pius ſtrenuus,idoneus,tenuis,& ſimilia , non formant comparatiua,quia comparatiuum debet ſuperare poſitiuum ſuum, in ſyllabis,ſed ſi piior diceremus,aut ſtrenuior & ſimilia,comparatiuum eſſet par poſitiuo,quia illud , ante or , efficiunt conſonans, tenuior tamen dixere auctores,& egregior,Papinius , Tenuiore lyra,& Iuuenalis,Egregius cœnat dixit,pro magis egregie.

Comparatiuum cuius generis.

¶ Comparatiua in or,cōmunis ſunt generis,vt hic & hæc albior, præter vnum,ſenior,quod tantum eſt maſculini generis.

Comparatiua irregularia.

¶ Bonus irregulariter format melior,pro bonior. Malus peior, ꝓ malior.Paruus format minor,pro paruior. Magnus format maior, pro magnior.Iuueni format iunior ꝓ iuuenior p ſyncopem, ſine ſuplatiuo.Multū habet cōparatiuū plus,quod in ſigulari generis neutri ē,ī plī vero gen̄ris omnis.Magnificus format magnificētior, pro magnificior.Munificus format munificentior,pro munificior. Siniſter format ſiniſterior,pro ſiniſtrior. Dexter format dexterior, ꝓ dextrior quāuis dicatur dexter dextra dextrū,ſicut dexter dextera dextrū,& dextera & dextra,Senex,nomē maſculini,tantū format

ſenior, quod eſt, vt diximus, maſculini generis tm̃, ſine ſuperlatiuo. Neq̃ adiectiuum, p tres articulos format nequior, & ſuperlatiuũ nequiſſimus, & ſignificat laſciuus. Hic & hæc potis & hoc pote, qđ ſignificat potens, format potior, & ſuperlatiuum potiſſimus. Significat autem potior, melior ſiue potentior, vt hæc medicina vel regula eſt potior illa, Occior pro velocior, cõparatiuum eſt carens poſitiuo latino, a græco deductum , quod eſt velox, vel , .i. velociter. occior quoq; habet ſuperlatiuum, ocyſſimus. Plus cõparatiuum eſt, vt diximus, ab hoc nomine multus, licet poſſet eſſe aduebium cõparandi, vt plus ſapiens, & plus albus Sed ſi habeat poſt ſe gtm̃, tunc erit comparatiuũ nomen, vt habeo plus humanitatis quã diuitiarum, & habes plus moroſitatis q̃ beniuolentiæ,

Nomina adiectiua quæ non forment comparatiua.

¶ Adiectiua illa nomina quæ per plus & minus non recipiunt incrementũ & diminutionem, comparatiua non formãt, vt ſunt hæc, Singularis, Omnipotens, Principalis, Luſus, Amandus, Honorandus, Venerandus, Reuerendus, Colendus, & alia participia in dus, a quibus non veniunt illa ineptiſſima comparatiua, quibus triuialis grammatici ſine pudore vtuntur. Veteres etiam aliquando a nominibus propriis comparatiuum formarunt, vt Nerone Neronios, & ſuperlatiuum Neroniſſimus, quod tamen omnino fugiendũ eſt. Nota inſuper, quod, vt ſupradiximus, comparatiuũ debet ſuperare ſitiuum in ſyllabis, licet pleraq; irregularia, non ſuperent, vt maior, peior, &c.

Comparatiua diminutiua.

¶ Habent quoq; latini comparatiua diminutiua, quæ græci non habet, terminata in culus, vt maiuſculus, la, lum, grandiuſculus, meliuſculus, quæ formantur, a comparatiuo neutro in us, vt maius addita culus, fit maiuſculus, & ſic de ſingulis.

Comparatiuum a verbo.

¶ Comparatiuũ quoq; a verbo formantur, vt a detero, is, detriui detritũ, deterior, qđ ſignificat minus bonus, vt ait Seruius, aut peior.

Comparatiuum a participio.

¶ Comparatium quoq; a participio formantur, vt amantior quod vim participii amittit, & formatur a datiuo addita or, vt amanti, addita or, fit amantior.

Comparatiuum a pronomine ſecundum veteres.

¶ Comparatiuum etiam a pronomine protulerunt veteres, vt ipſe

ipſior,& ſuperlatiuum ipſiſſimus,quod quidem fugiendum eſt.
¶ A gentilibus nominibus vel patriis non fiunt comparatiua.
¶ Gentilia vel patria nomina cōparatiua non formant, vt Romanus, Troianus,& ſimilia,quæ non patiuntur incrementum neq; diminutionem.

¶ Comparatiuum a præpoſitionibus.

¶ Comparatiuum fit a præpoſitionibus,vt ab his.

Poſt	poſterior	piu di poi
Extra	exterior	piu di fora
Vltra	vlterior	piu di oltra
Supra	ſuperior	piu di ſopra
Intra	interior	piu dentro
Citra	citerior	piu di qua
Infra	inferior	piu di ſotto
Prope	propior	piu appreſſo
Ante	anterior	piu dauanti

¶ Comparatiuum ab aduerbiis.

¶ Comparatiuum quoq; fit ab aduerbiis,vt a pridem prior, a ſæpe ſæpius,a diu diutius. Vt nota,ꝙ prior,dicitur de duobus,primus vero,ſuperlatiuum de pluribus.

¶ Quot requirantur ad rectam comparationem.

¶ Quinq; ad rectam requiruntur comparationem,res videlicet cōparata,res cui comparantur,accidens ſiue qualitas, & ꝙ res comparata & illa cui comparatur,eiuſdem accidentis particeps ſit, & quod magis cum vna,q̄ altera videatur participare,vt Socrates fuit ſapientior Platone,quod niſi erit,fiet abuſio in comparatione, vt nix eſt albior coruo,in qua oratione,nō participat vterq; terminus cum eodem accidente albedinis & ſic de ſingulis.

¶ Quot modis fiat abuſio in comparatiuo.

¶ Abuſio in comparatiuo fit quatuor modis,ſignificatione, cōſtructione,formatione,comparatione. Significatione.cum tantum ſignificat comparatiuum,quantum poſitiuum ſuum, vt ſenior pro ſenex,triſtior pro triſtis,aut quando contrarium ſignificat,vt dulcior,id eſt minus amarus,vt mare Ponticum eſt dulcis quam cætera maria. Conſtructione,cum non conſtruitur more comparatiui, vt maior iuuenum, & maior horum,eſt charitas,cum requirat comparatiuum poſt ſe ablatiuum. Formatione, vel cum anomale & irregulariter formatur,vt melior,maior,peior,vel cum fit a nomine proprio,vt Neronior,& a pronomine,vt ipſe ipſior, & Pœnior

pro infidelior, qđ poſuit Plautus. Nam hæc duo fiunt ab adiectiuis non recipientibus incrementum, neq; diminutionem. Comparatio ne qñ fit cõparatio ad diuerſas qualitates, vt nix ē albior coruo, ſed nunc non in comparatiuo, ſed in comparatione abuſio fit.

¶ Differentia inter abuſionem comparatiui & abuſionem comparationis.

¶ Abuſio comparatiui, fit ĩ ſignificatione, conſtructione, formatione. Abuſio vero comparationis, eſt vterq; terminus qui non participat de eodem antecedente ſeu qualitate, vt pater in prædicto corui & niuis exemplo.

Conſtructio comparatiui.

¶ Conſtruuntur autem cõparatiua poſt ſe cum ablatiuo, ſine præpoſitione, qui ablatiuus ſignificat rem illam, quæ ab altera exceditur. i. ſeparatur, vt Socrates fuit ſapientior Platone, vel quã Plato, ſed intelligitur in hoc nominatiuo verbum fuit. nam comparatiuũ non regit nominatiuum. Poſſunt & alium ſine præpoſitione regere ablatiuum, ſignificante exceſſum, ideſt ſuperantiam, vt ſum maior te duobus digitis, & polyphemus fuit multo altior Hercule. Interdum regit accuſatiuum cum præpoſitione, vt tu es crudelior ante omnes alios homines.

De magis aduerbio, quod etiam comparatiuo iungitur.

¶ Magis aduerbiũ, vt placet Priſciano, nõ ſolũ poſitiuo, ſed etiã cõparatiuo cõiũgit͛, hoc mõ, Hector fuit fortior Aenea magisq̃ iuſtior .i. Hector ſupauit Aeneã magis fortitudine q̃ iuſtitia. Itẽ Aiax fuit fortior Vlyxe, magis quam Diomede, ideſt Aiax ſuperauit Vlyxem fortitudine magis quam Diomedẽ, quod non placuit Vallæ, qui dici voluit, Aiax fuit fortior Vlyxe, ſupra q̃ Diomedes. Vel Aiax fuit fortior Vlyxe q̃ Diomedes.

¶ Comparatiuũ regit interdũ eundẽ poſt ſe caſum quẽ poſitiuũ ſuũ. Sũ carus ſiue amicus magiſtro magis q̃ tu, per poſitiuũ dicimus, vbi carus datiuo iungitur, per cõparatiuũ dices, Sũ carior vel amicior te magiſtro. ſum cupidus honoris magis q̃ tu, & ſum cupidior te honoris, ſum magis ornatus virtute q̃ tu, & ſum ornatior te virtute, & ſic de ſimilibus.

¶ Themata quædã notanda p plus & minus, & per duos ablatiuos

¶ Io ho piu de vintitre ducati. Dicendũ eſt, habeo aureos plures viginti tribus. In qua oratione viginti eſt primus ablatiuus, & tribus eſt alter ablatiuus ſignificans exceſſum.

Item,Io ho vno meno de diece ducati.
Habeo vno minus decem aureis.
Io ho più grano de li mei vicini.
Habeo plus tritici meis vicinis vel q̃ mei vicini.
Io te amo piu del deuere.
Amo te plus debito, vel q̃ debeam.
Io ho ſtudiato piu de dieci anni.
Studiui plus q̃ decem annos,& plures annos decem, & plures dece annis.
Io ho piu ingegno che tu.
Habeo plus ingenii q̃ tu, vel habeo plus ingenii te vel tuo.
Io ho piu denari che tu.
Habeo plus denariorum te, vel quam tu, vel tuis.
Io ho piu de mille ducati Habeo plus aureorũ mille.
Habeo plus mille aureis, vel plures mille aureis.

Differentia comparatiui & ſuperlatiui.

¶ Cõparatiuũ differt a ſuplatiuo hoc mõ, vt docuit Laurẽtius, ꝙ cõparatiuũ referť ad vnũ, ſuplatiuũ vero ad plura, ſed hoc ſecundum græcos eſt, qui tã cõparatiuo q̃ ſuplatiuo dant genitiuũ, carentes ablatiuo, vñ vter ĩterogatiuũ, cõparatiuo iũgiť, quis vero, ſuperlatiuo. Quintilianus in tertio. Iſta nõ tm̃ vtrũ ſit melius, ſed quid optimũ ſit quæriť. Et ſi ciuitas diuiſa ſit in duas partes, vt fuit bello Cæſaris & Põpeii, dicẽdũ erit maior pars Quiritũ ſequebať Põpeiũ, minor Cæſarẽ. Si vero ciuitas ſi diuiſa in tres vel plures parte, dicendum erit. Maxima pars Quiritũ ſequebatur Pompeiũ, non maior, & minima Cæſarem, non minor, ſed hoc, vt dixi, ſecundum græcos.

¶ Latini vero hanc inter cõparatiuũ & ſuperlatiuũ faciũt differẽtiam, ꝙ cõparatiuũ ad vnum, & ad plures, tam ſui q̃ alieni generis referť, ſuperlatiuũ vero tantũ ad plures ſuis generis. quod infrequẽti poetarũ vſu cõperis, quem Priſcianus & Donatus affirmant, q̃uis Cicero in Piſone dixerit, Me eidẽ priorẽ prætorẽ primum. nam ædiles duo erãt, prætores vero plures. Ideo priorẽ de duobus dixit, primum vero de pluribus. Diximus tamen ſupra, priorem de duobus ſemper dici, primum vero de pluribus.

¶ Poſtremo nec te lateat cõparatiuũ cũ multo, ſignificare interdũ plus q̃ ſuplatiuum, vt licet tu ſis mihi amiciſſimus, ille vero eſt mihi multo amicior. Cicero ad filiũ, Tibiq; perſuade eſſe te mihi chariſſimum, ſed multo fore chariorem.

De ſuperlatiuis.

Diffinitio ſuperlatiui.

SVperlatiuum nomen eſt illud, qđ ad plures ſui generis comparatiuum, ſuperponitur omnibus, vt Achilles fuit fortiſſimus Græcorum, ſicut Hector Troianorū. Ponitur aūt duobus modis, reſpectiue, & abſolute. reſpectiue dicitur poni, qñ ponitur determinate, vt Hercules fuit fortiſſimus hoium. Abſolute qñ poſt ſe caſum non recipit, vt Aiax fuit fortiſſimus & tu es doctiſſimus, & reſoluitur p maxime & poſitiuum. i. maxime fortis & maxime doctus. Dicimus quoq; abſolute, tu es q̄ doctiſſimus, & multo doctiſſimus, vbi ponitur q̄ & multo, pro valde.

Terminationes ſuperlatiuorum ſunt hæc.

Simus	vt fortiſſimus	Ximus	vt maximus
Limus	vt facillimus	Rimus	vt pulcherrimus
Tremus	vt poſtremus	Fimus	vt infimus
Timus	vt vltimus	Nimus	vt minus
Mus	vt primus.		

Vnde veniuntur Superlatiua.

¶ Formanť aūt ſuplatiua a genitiuis nominū adiectiuorū ſecundæ & tertiæ declinatiōis. A genitiuis ſecūdę, addita s & ſimus, vt iuſtus iuſti, addita s & ſimus, fit iuſtiſſimus A genitiuis tertiæ, addita ſimus vt fortis, addita ſimus, fit fortiſſimus, & ſic de cæteris, exceptis anomalis & irregularibus.

Superlatiua anomala.

¶ Bonus irregulariter format optimus, pro boniſſimus
Malus format peſſimus, pro maliſſimus.
Magnus format maximus, pro magniſſimus.
Multus habent plurimus, pro multiſſimus.
Paruus format minimus, pro paruiſſimus.
Magnificus format magnificentiſſimus, pro magnificiſſimus.
Munificus format munificentiſſimus, p munificiſſimus, licet apud veteres reperias magnificiſſimus, & munificiſſimus.

Quinq; ſuperlatiua in limus.

¶ Facilis format facillimus, pro faciliſſimus, facile & piaceuole.
Agilis agillimus, pro agiliſſimus, dextro & legiero.
Gracilis gracillimus, pro graciliſſimus, ſchieto & ſotile.
Humilis humillimus, pro humiliſſimus, humile & baſſo.
Similis ſimilimus, pro ſimiliſſimus, ſimile & hæc oia duplicanti, in ſuperlatiuo, q̄uis habeant ſimplex l in poſitiuo.

Superlatiua in rimus.

¶ Adiectiua nomina terminata in er formant ſuperlatiua in rimus, a nominatiuo ſingulari, addita rimus, vt a pulchre, addita rimus, fit pulcherimus, & ſimilia.
Dexter autem irregulariter dextimus facit, pro dexterimus.
Siniſter ſiniſtimus, pro ſiniſterrimus.
Vetus ſeu veter format veterrimus, ſed veter non eſt in vſu.
Maturus format maturiſſimus.
Matur quod non eſt in vſu, format maturrimus.
Memor Senex Iuuenis Adoleſcens, carent ſuperlatiuo.
Nequam adiectiuum format nequiſſimus.

Superlatiuum a verbo.

¶ A verbo vnum tantum ſuperlatiuum habemus in rimus, qđ fit a verbo detero, a quo ſolum cōparatiuū deterior de quo diximus.

Superlatiua a præpoſitionibus.

¶ Poſt præpoſitio forma poſtremus.
Extra extremus vel extimus Infra infimus
Vltra vltimus Supra ſupremus vel ſummus.
Intra intimus Citra citimus.
Prope proxime. ſed proximus quando denotat coniunctum hominem, nō eſt ſuperlatiuum, ſed poſitiuum, qđ habet comparatiuum proximior ſine ſuperlatiuo.

Superlatiua ab aduerbiis.

¶ Pridem aduerbium format ſuperlatiuū primus, qđ ad plures refert, ſicut prior ad duos tm̄, vt diximus. Nup format nuperrimus, licet Plautus nuperū hoiem dixerit, ſed melius eſt a nuper.
¶ Sæpe forma ſæpiſſime aduerbium ſuperlatiuum. Nam neq̧ cōparatiuum ſæpior, neq̧ nomen ſuperlatiuum ſæpiſſimus, fit ab aduerbio ſæpe, ſed tantum aduerbia ſæpius ſepiſſime.
Diu format diutiſſime. Pene format peniſſime.
Penitus penitiſſime, quæ poſuit Plautus.

Conſtructio ſuperlatiui.

¶ Superlatiuū cōſtruit̄ poſt ſe cum genitiuo, vt Achilles fuit furtiſſimus Græcorū, qui genitiuus ſignificat totum. Poteſt quoq̧ cōſtrui ſicut cōparatiuū cū caſu ſui poſitiui, vt tu es ſimillimus patri ſuo, ſicut ſimilis patri tuo, ideſt valde ſimilis. nam nunc hoc ſuperlatiuū ponitur abſolute. Cic. Simillimū te deo iudico. Poteſt quoq̧ conſtrui poſt ſe cum genitiuo ſingulari collectiui nois, vt Tydides fortiſſimus gentis Dana, & Cæſar ſtrenuiſſimus Romani populi.

Multo pro valde, vt dictū eſt, tam ſuplatiuo ꝙ cōparatiuo iungitur, vt multo doctiſſimus, & longe doctiſſimus, ſicut multo doctior, & longe doctior.

Poſtremo ſi dixeris Socrates fuit fortiſſimus aſinorum, ſignificabis, Socratem fuiſſe aſinum, & homo eſt fortiſſimus taurorum, ſignificabis hominem eſſe tuarum. Ideo hæ ſignificationes falſæ ſunt, licet in grammatica conſtruantur. Nam res comparata, & res cui cōparatur eiuſdem ſpeciei debent eſſe.

De aduerbiis localibus.

Aduerbia localia appellantur a loco quem denotant, nam ſex modis locum ſignificant, aut ſignificant ſtatum in loco, aut motum ad locum, aut de loco, aut motum per locum, aut motum vſq; ad locum, aut motum verſus locum.

Significantia ſtatum in loco ſunt hæc quæ infra ponuntur.

Hic	in queſto loco	Illic	in quello loco.
Iſtic	in coteſto loco, o vero in queſto		
Foris	de fore	Intus	dentro

Ibi vel inibi vel illic, in quello loco.

Vbi doue, Et ponitur quatuor modis. Interrogatiue, vt vbi fuiſti? Relatiue, vt ego fui Romæ, vbi tu non fuiſti, ideſt in qua Roma. Infinite, vt neſcio vbi fueris. Admiratiue, vt vbi fuiſti o miſer

Ibidem	in quel medeſimo loco,		
Vbicunq;	Vbiubi		in qualunche loco,

& hæc tria ſubiungunt ſibi aliam orationem.

Vbiuis	Vbiq;		in ogni loco.
Nūcubi	ideſt num in aliquo loco? & ponitur interrogatiue.		
Sicubi	ſe in ciaſcun loco, & requirit poſt ſe aliam oratiōē		
Alicubi	in alcun loco.	Alibi	in altro loco.
Necubi	Nullibi	Nuſquam, in neſſun loco.	
Vtrobiq;	in nelluno & nellaltro loco.		
Supra	de ſopra	Infra	de ſotto

Aduerbia ſignificantia motum ad locum ſunt hæc.

Huc	ad queſto loco	illuc	ad quello loco
Iſtuc	ad coteſto loco, o vero ad queſto		
Intro	dentro	Foras	fora

Quo doue ideſt ad qual loco. Et ponitur quatuor modis. Interrogatiue, vt quo vadis? Relatiue, vt ego iui Romā; quo tu non iuiſti, ideſt ad quam Romam. Infinite, vt neſcio quo ieris.

Admiratiue,vt quo ruis o miſer. Eo ad queſto loco.
Alio ad altro loco Aliquo ad alcun loco
Nequo Nuſquam ad neſſun loco,
Siquo ſe ad alcun loco,& requirit poſt ſe aliam orationē.
Nunquonum ad aliquem locum,& ponitur interrogatiue.
Eodem ad quel medeſimo loco. Vſq̄ ad alcun loco.
Quocunq; Quoquo Quouis Qualibet ad qualunche loco & requirunt poſt ſe aliam orationem.
Supra de ſupra Infra de ſotto Vtroq; a luno,& a laltro.

¶ Aduerbia ſignificantia motum per locum.i.tranſitum,ſunt hæc.
Hac per queſto loco Illac per quello loco
Iſtac per coteſto loco o vero p̄ queſto.Ea p̄ queſto loco.
Qua per quello loco.Et ponitur quatuor modis,Interrogatiue,vt qua tranſiuiſti?Relatiue, vt tranſiui per vineam, quo non tranſiuiſti tu,ideſt per quam.Infinite,vt neſcio qua tranſiueris. Admiratiue,vt qua tranſiuiſti o miſer.
Si qua ſe per alcun loco,& requirit poſt ſe aliam orationē.
Aliqua per alcun loco Alia per altro loco
Nequa per neſſun loco Eadē per quel medeſimo loco
Quacunq; Quaqua Quauis Qualibet per qualunche loco, & requirit poſt ſe aliam orationem.
Vtraq; per luno & per laltro loco
Intus dentro Foris fora

¶ Aduerbia ſignificantia motū de loco,ideſt diſceſſum ſunt hæc.
Hinc de queſto loco Illinc de quello loco
Iſtinc de coteſto loco o vero de queſto Intus dentro
Vnde donde,ideſt de qual loco.ponitur quatuor modis. Interrogatiue,vt vnde venis?Relatiue, vt venio a vinea, vnde tu non venis.i.a qua vinea.Infinite,vt neſcio vnde venias Admiratiue,vt vnde venis o miſer. Inde de quello loco
Sicunde ſe de alcun loco,& requirit poſt ſe aliam orationē.
Aliunde de altro loc Alicunde de alcuno loco.
Necunde de neſſun loco Vndecunde Vndeunde vnde venis
Vndelibet de qualunche loco,& requirit poſt ſe aliā orationē
Vtrinq; de luno & de laltro loco
Superne de ſopra,hæc mulier formoſa ſuperne
Inferne da lo inferno,& dalla parte de ſotto,vt ſi dicas mulier illa eſt formoſa & ſuperne,ſed inferne de formis eſt.

Cœlitus dal ciel, vt hoc cœlitus venit
Fundatus dal fondo, vt Troia funditus ruit

A duerbia ſignificantia verſus locum

Horſum verſo queſto loco Illorſum verſo quel loco
Iſtorſum verſo coteſto loco

Quorſum verſo qual loco, & ponitur quatuor modis, interrogatiue vt quorſum vis ire? Relatiue, vt ibo Romam verſus, quorſum tu nō ibis. i. verſus quam Romā, Infinite, vt neſcio quorſum eam.

Aliorſum verſo altro loco, o vero altre parte
Aliquorſum verſo alcun loco Introrſum verſo dentro
Retrorſum verſo retro Dextrorſū verſo la mādritta
Siniſtrorſum Leuorſum verſo la mano ſiniſtra
Surſum verſo in ſu Deorſum verſo in giu
Quorſumcūq; Quorſumquorſum Quorſumuis
Quorſumlibet verſo qualunche loco tu voi.

Aduerbia ſignificantia vſq; ad locum.

Hucuſq; infino ad queſto loco Illucuſq; infino ad quello loco
Iſtucuſq; infino ad coteſto loco
Quouſq; infino ad che loco.

¶ Et ponitur quatuor modis. Interrogatiue, vt quouſq; vis ire? Relatiue, vt ibo Romam vſq;, quouſq; non ibis tu, ideſt vſq; ad quam Romā. Infinite, vt neſcio quoſuſq; iturus ſis. Et admiratiue, vt quo vſq; miſer iuiſti.

De propriis noībus vrbium quomodo aduerbialiter ponuntur.

¶ Nominæ primæ declinationis propria vrbium, & ſecundæ, ſignificantia ſtatum in loco, aduerbialiter in genitiuo ponuntur, vt fui Romæ, fui Viterbii. Significantia vero motum ad locum, ponuntur in accuſatiuo ſine præpoſitione, vt vado Romam, vado Viterbium. Significantia motum per locum, & motum de loco, ponuntur in ablatiuo ſine præpoſitione, vt tranſiui Roma, & Viterbio, & veni Roma, & Viterbio, quamuis hæc propria vrbium nomina cum præpoſitionibus comperiantur.

¶ Si vero hæc vrbium nomina tantum pluratiue declinentur tam primæ q̄ ſecundæ & tertiæ declinationis, ſignificantia ſtatum in loco, vel motum per locū, vel motum de loco, ponuntur in ablatiuo ſine præpoſitione, vt fui, tranſiui, venio Piſis, Gabiis Trallibus. Significantia motum ad locum ponuntur in accuſatiuo ſine præpoſitione, vt vado Piſas, Gabios, Tralles, & ſimilia.

¶ Si aũt nomina vrbiũ propria ſint tertiæ declinatiõis ſignifican-tia ſtatũ in loco, & motũ per locum,& motum de loco, ponuntur in ablatiuo ſine præpoſitione,vt,fui,tranſiui,venio Neapoli. Signi-ficantia motum ad locum ponunt̃ in actõ ſine præpoſitione, vt eo Neapoli, eo Tybur,& ſimilia.Verũ vt dixi oĩa hæc nomina propria vrbiũ cuiuſcũq; ſint declinationis,cũ præpoſitionibus nominaliter reperiuntur,vt eo Romam,fui in Roma,tranſeo per Romam, ve-nio a Roma,eo vſq; ad Romam,& ſic de cæteris.prætereo auctorũ exempla,quæ tu ipſe frequenter inuenies.

¶ Quatuor nõia appellatiua quæ ponunt̃ tanq̃ nomina propria.

¶ Domus,humus,rus,militia,quando aduerbialiter ponuntur ſe-quuntur nomina vrbium propria,ſecundum ſuam declinationem. vt fui domi,eo domum, tranſeo domo, venio,domo, eo domum vſq;,eo domum verſus.Et nominaliter,fui in domo, eo ad domum, tranſeo per domum,venio ex domo.Sed aduerte in his duobus hu-mus,& militia.Nam non in omnibus caſibus aduerbialiter ponun-tur.Humus enim in genitiuo & ablatiuo tantũ aduerbialiter poni-tur,vt ille cecidit humi,& ſurrexit humo.

¶ Militia vero in genitiuo tantum, vt fui militiæ. Alii aũt horũ no-minum caſus ſine præpoſitione ſua nunquam ponuntur.

¶ Rus vero quando ſignificat ſtatum in loco,& in datiuo & abla-tiuo reperies,vt fui rure vel ruri,licet Feſtus rure dici non velit. Sed Martialis ait,Rure morans quid agam. Et Horatius, Pollici-tus me rure futurum.Significans autem hoc nomen motum ad lo-cum,aut verſus locum aut vſq; ad locum,in accuſatiuo ſine præpo-ſitione ponitur aduerbialiter,vt eo rus verſus,eo rus vſq;.

Nomina prouinciarum quomodo ponuntur,& appellatiua.

¶ Prouinciarum nomina & appellatiua ſuis præpoſitionis adiun-guntur.Nam ſignificantia ſtatum in loco iunguntur ablatiuo cum in vt fui in Sicilia,fui in Africa,in vinea,in ſchola,& ſimilia.Signi-ficantia motum ad locum iunguntur actõ cum ad vel in, vt eo ad vel in Siciliam,ad vel in Aphricã, ad vel in vineam. Significantia motum per locum cum actõ cum per,vt tranſiui per ſiciliam, per Aphricam,per vineam,& ſimilia.Significantia motum de loco cũ ablatiuo cũ a vel ab vel a vel de vel e vel ex,vt venio ex Sicilia, ex Aphrica,ex vinea,vel a vel de vel e Sicilia,Aphrica,& vinea.

Verſus & vſq; quomodo ponuntur.

¶ Noĩa propria vrbium & prouinciarum ſignificantia verſus locũ

ſemper poſt ſe accuſatiuum poſt ponuntur verſus, vt eo Romam verſus, Florentiam verſus, & ſimilia. Idem dicimus de nominibus prouinciarum, vt eo Siciliam verſus, & Aphricam verſus? Si vero ſint nomina ciuitatum aut prouinciarum, additur, ad vel in, vt eo ad orientem verſus, in forum verſus.

Sed propria locorum nomina ſignificantia vſq; ad locum, ponũtur in accuſatiuo cum præpoſitione vſq; poſtpoſita, vt eo Romam vſq;, & Florentiam vſq;.

Si vero ſint appellatiua vel prouinciarum noĩa additur alia præpoſitio ad vel in, vt eo ad Siciliam, vel in Siciliam vſq;, eo ad vineam vſq;, vel vſq; ad vineam, eo in forum, vel ad forum vſq;, eo ad magiſtrum vſq;, ad magiſtrum.

Poſtremo nota, q; hæc præpoſitio vſq; reperitur etiam cum ablatiuo addita cum præpoſitione ex, vt ſi dicas, ego venio vſq; ex media Grȩcia. Teren. Et Aethiopia eſt vſq; hæc.

De Heteroclitus nominibus.

Heteroclitum nomen idem eſt, quod varie declinatum. Et heteroclíſis idem eſt, quod varia nominum declinatio. Fit autem hæc varietas caſu, numero, genere, declinatiõe, vt voce.

Heteroclita numero & caſu.

Heteroclita numero & caſu illa dicuntur, quæ carent quibuſdã caſibus, & numero aut plurali aut ſingulari.

Hæc quæ ſequuntur ſunt heteroclita caſu & numero.

Laterem in accuſatiuo, letere in ablatiuo, ſed raro dicimus, & ſecundum Priſ. hos lateres, o lateres. Li mattoni de creta cotta.

Ditionem in accuſatiuo, ditione in ablatiuo dicimus. la Signoria, & ſingulari tantum.

Sponte in ablatiuo tantum dicimus, quod ſignificat vltro, cioe daſi medemo.

Tabi in genitiuo, tabo in ablatiuo dicimus, raro hoc tabum, quod ponit Quintilianus in declinationibus.

Hæc tabes, hanc tabem, ab hac tabe dicimus, quod idẽ eſt quod ſanguis corruptus.

Macte in vocatiuo tantum dicimus, & iungitur ablatiuo, vt macte virtute, Macte bonis animis, vt ait Papinius, qui eo frequentiſſime vtitur, & interpretatur, magis aucte.

Lues in nominatiuo, hanc luem, ab hac lue tantum dicitur quod ſignificat generalem morbum.

¶ Hæc quæ ſequuntur ſunt heteroclita genere & declinatione.
Hæc paſcua,& pluraliter hæc paſcua,orũ,quod ſignificat loca vbi pecora paſcuntur.
Hoc epulum li,pluraliter hæ epulæ,arum,quod ſignificat cibos.
Hoc delitium tii,pluraliter hæ delitiæ arũ quod ſignificat le delicanze,o ver le delicatezze.Plautus tamen dixit, hæc delitia delitiæ.
Hæc carbaſus ſi,hæc carbaſa,orum eſt genus lini,quod ponitur aliquando pro velo,veteres tamen dixere hic carbaſus,ſi.
Hæc intybus vel intubus,hæc intuba orũ,herba quæ dicit cicorea.
Hæc pergamus,mi,hæc pergama,orum,omnia mœnia alta,ſed per excellentiam dicuntur mœnia Troiana.
Hoc cœlum,li,hi cœle,lorum,ſed raro in plurali,vt Cœllius ait.
Hæc altilis,lis, hæc altilia,altilium,ſignificat omnes aues quę nutriuntur domi in corte.
Hæc ſupellex ſupellectilis,hæc ſupellectilia,ium, tutta la maſſaria de la caſa.
Hic tartarus,ri,hæc tartara,orũ, & ſignificat profunditatẽ inferni
Hic ſupparus,ri,hæc ſuppara,orum veſtimentum puellare ex lino.
Hic Tænarus,ri,hæc Tenara,orum,eſt promontorium in Lacoani vbi magna vorago,per quam fingitur deſcenſus ad inferos.
Hic Mænelaus,li,hæc mænala,orum,mons Arcadiæ.
Hic Auernus,ni hæc auerna,orum,lacus prope Puteolos,dictus ab auium caſu.
Hic dyndimus,mi,hæc Dyndima,orũ,mons Phrygiæ quod tamen ſecundum Priſcianum caret plurali.
Hic pilius,lei,hæc pilea,orum,el cappello.
Hic garganus,ni,hæc gargana,arum,mons Apuliæ.
Hic gargarus,ri,hæc gargara,orum,quod eſt mons Miſyæ
¶ Hæc quæ ſequntur ſunt heteroclita numero.nam carent plurali.
Hæc pax,cis,Horatius tamen dixit,Bella quis & paces.
Hoc vulgus vulgi.
Hoc pelagus,gi.Quæ duo tantum terminata in vs, neutri generis, in ſecunda declinatione reperiuntur,dicimus tamen maſculini generis hic vulgus,gi,& tunc habet vulgi,gorum,in plurali. Cicero. Saturnus vulgi maxime colunt.Sed pluralis rarus eſt.
Hæc tellus,luris,terra.Sed proprie poetice,dea terræ.
Hęc humus,mi,terra.
Hoc pus indeclinabile,vel tantum habet hoc pus,accuſatiuo pus.

vocatiuo pus,la puzza.

Hoc fas accuſatiuo hoc fas,licitum ſide ius diuinum

Hoc nephas accuſatiuo hoc nephas contrarium.

Hoc hir accuſatiuo hoc hir,planta manus

Hæc fors ab hac forte,fortuna,vel caſus fortuitus.

Hic & hæc Nemo,nec vir,nec fœmina,quaſi nec homo. Ambo declinantur ſicut duo,pluratiue.

¶ Hæc quæ ſequũtur ſunt hetteroclita numero,quia carẽt ſingulari.

Diuitiæ arum le richezze

Minæ arum,le minaccie

Indutiæ arum,la tregua

Hæc ilia lium,li fianchi

Hæc mœnia nium,le mura de la citta

Hi manes nium,li dii infernali,o vero lombra de morti,o vero l'anima

Hic proceres rum,li principali de la citta.Iuuenalis tamen dixit in ſingulari,Agnoſco procerem.

Hi penates tum,li dei domeſtici,o vero la caſa

Hæ tenebræ brarum,le obſcuritade

Hæc exta orum,li interiori de li animali

Hæc arma orum,le arme

Hæ inſidiæ arum,li tredimenti,o vero aguati

Hi artus tuum,le membra,ſed proprie iunduræ ſunt membrorum

Hæ nuptiæ arum,matrimonium,le nuptie

Hæ phaleræ arum,ornamento equorum

Hi gemini orum,pro ſigno cœleſti

Hi piſces cium,aliud cœleſte ſignum

Hæ inimicitiæ arum

Hi pugilares rium

Hæc neptunalia lium,vel liorum,feſta Neptuni

Hæc compitalia lium,vel orum,feſta quæ fiebant in cõpitis agrorũ

Hæc floria lium,orum,feſta Flore dæa

Hæ nundinæ arum,le ferie

Hæ calendæ arum,principium menſis

Hæ idus idum,li idi del meſe

Hæ nonæ arum,le none del meſe

Hæc ſponſalia lium vel orum,li ſponſalitii.

Soles,& lunæ pluratiuæ ponuntur a poetis tantum,eo quod plures videantur quantum ad oculorum ſenſum.
Cæſares,Aiaces,Scipiones cum pluratiue dicimus,appellatiue po-

Hi minores	rum,li deſcendenti (nuntur.
Hi maiores	rum,li anteceſſori
Hi liberi	orum,filii vel nepotes,filiæ,vel neptes
Hi ſales	lium,facetiæ
Hi faſces	ſcium,virgæ conſulares
Hi annales	lium,hiſtoria
Hi cancelli	lorum,li cancelli
Hæ thermæ	arum,ſtufe
He paleæ	arum,la paglia
He ſcopæ	arum,la ſcopa
Hæ exequiæ	arum,le eſſequie di morti
Hæ nugæ	arum, le ciance
Hæc iuſta	orum,ſolennia mortuorum
Hæ opes	opum,diuitiæ
Hę vigiliæ	arum,le guardię de notte, ſed vigiliæ ſunt etiam
Hæ excubiæ	arum,idem (diuernæ
Hæ ſcalæ	arum,le ſcalę
Hæ grates	accuſatiuo has grates,le gratie
Hæ ſuppetiæ	arum,auxilia
Hæ infitiæ	arum,negationes

Et ſimilia q̃ plurima otioſis in ipſis auctoribus inueniuntur.

Hæc quæ ſequuntur carent plurali.

Hic ſanguis	pluralem ex vſu non habent
Hic puluis	ſed auctoritate habent

Mel habet tres caſus pluratiue,nominatiuum, accuſatiuum, vocatiuum.

Hoc frumentum ſcilicet mella
Hoc lac Hoc vinum

Hæc nomina metallorum quæ ſequuntur carent plurali,ſunt ergo heteroclita numero.

Hoc aurum	loro	Hoc argentum	largento
Hoc ferrũ	el ferro	Hoc orichalcum	lo ottone
Hoc plũbum	el piombo	Hoc ſtagnum	el ſtagno
Hoc electrum	lo eletto		
Hoc vitrum	el vetro quod tamen non eſt metallum		

Hoc æs lo rame, ſed tamen pluratiue in hoc dicimus æra in tribus caſibus.

Hoc metallum nomen generale ad oia metalla & marmora, declinatur in plurali per omnes caſus. Acetũ Oleũ, Mulſum carent plurali. Eſt aũt mulſum, vinũ mellitum, & aqua mulſa, aqua mellita.

Hoc piper lo pepere

Hoc zinziber lo zenzeuere, carent plurali ſecundum vſum.

Zizania eſt heteroclitum genere & declinatione. Nam in ſingulari eſt generis fœminini, & primæ declinationis, In plurali vero generis neutri, & ſecundæ declinationis, vt hæc zizania, niæ, pluraliter hæc zizania, orum. Amygdalum quoq; nomen heteroclitum eſt, genere & declinatione. Nam in ſingulari dicimus hoc amygdalum, li, pluraliter hæ amygdalæ, larum.

Nam hæc amygdalus amygdali, eſt arbor.

Similiter hoc balneum balnei, & pluraliter hæ balneæ & hæc balnea, horum vel harum balnearum.

Locus ci pluraliter loca locorum, vel loci locorum

Iocus ci pluraliter ioca iocorum, vel ioci iocorum

Hic baltheus pluraliter hæc balthea, orum, quod eſt cingulum militare.

Hoc raſtrum ſtri pluraliter hæc reſtra ſtrorum vel reſtri ſtrorum

Hoc porrum ri pluraliter hæc porra, vel porri porrorum.

Hoc frenum freni pluraliter hæc frena frenorum, vel hi freni frenorum.

¶ Illa quæ ſequũtur quintæ declinationis, & ſimilia ſunt heteroclita numero, nam carent plurali. Hæc rabies la rabbia

Hæc ſanies ſanguaccio Hæc caries, lignorum putredo

Hæc pernicies deſtructio, a pernecando

Hæc ſcabies la rogna

¶ Illa vero habent pluralem.

Hæc res Hic vel hæc dies.

Hæc acies la ſquadra de genti darme, ſed hoc nomen tria ſignificat, videlicet acies militum, aciem oculorum, & aciem ferri.

Hæc facies Hæc progenies la ſtirpe

Hæc ſpecies la bellezza

Hæc materies

Spes autem in plurali tantum tres caſus habet.

Hæ ſpes, has ſpes, o ſpes.

Cato dixit,facierum analogice,ſed non eſt in vſu.
Hoc veru veru,el ſpirone habet in plurali hæc verua & verubus, ſed magis veribus per i, q̃ verubus peru, dicendum videtur; ſicut cornibus,& genibus,& ſic leges in antiquis codicibus. Fugi,frugem,fruge,in ſingulari dicimus. In plurali vero omnes caſus habet, & ſignificat omnes fructus terræ generaliter,nec differunt fruges à frumentis. Vicem dicimus in ſingulari & in ablatiuo vice,aliis ſingularibus caſibus non vtimur,pluralis vero integer eſt, & ſignificat viciſſitudinem.
Præcis preci,precem,prece dicimus,nominatiuo & vocatiuo ſingulari caret,pluralis eſt integer.
Nex quaq̃ non ſit in vſu,tamen reperitur apud Ciceronem habetq; integrum numerum ſingularem.
Dapis,dapi,dapem,dape,nominatiuo & vocatiuo ſingulari caret, & ſignificat cibum.

Hic pontus,mare	Hic aer	Hic æther
Hæc æthera	carent plurali	

Sal pro condimento maſculini generis eſt & neutri, in ſingulari quando vero maſculini generis eſt,habet pluratiue ſalus, quod nomen ſignificat facetias quaſdam & vrbanitates,quando vero eſt generis neutri,caret plurali.

Hæc ſecundum vſum carent plurali.

Hoc triticum,frumentum ex quo fit panis.
Hoc oriza ex riſo
Hoc eruum leguminis genus
Hic orobus leguminis genus
Hoc piſum vel hæc piſa,leguminis genus
Hæc lentis, ſed pluratiue inuenies lentes.

Frumentum autem generale & commune eſt tritico,ordeo, auenæ, milio,orizæ,olyræ,ideſt ſpeltæ quæ Zea quoq; dicitur.
Ador genus eſt farris,olim aptum ſacris deorum, indeclinabile eſt & neutrum,ab adorando appellatum,vt voluit Priſcianus, vel ſecundum Feſtũ,ab edendo vel ab vrendo. Igne enim toſtum fiebat.
Vis ſecundum Priſcianum omnes caſus habet. Eſt autem heteroclitum,quia in genitiuo habet vis productam,cum ſit tertiæ declinationis,quæ in genitiuo ſingulari habet,is, correptam præterea debuit habere genitiuum in itis, vt lis,litis,glis glitis. Præterea debuit habere pluralem in es,vt veſtis veſtes, puppis puppes. Dici

tur tamen vires,& non ves.poteſt tamen dici in accuſatiuo plurali vires vel vis,ſed vires eſt in vſu.

Differentia eſt inter ambo & duo.

¶ Duo nomē eſt collectiuum,ideo habet vocatiuum. Ambo non habet vocatiuum quia diſtributiuum,affirmatiuum duorum eſt.
Hoc os oſſis,caſus omnes habet in vtroq; numero.
Hoc os oris,in ſingulari habet omnes caſus,in plurali vero tantum erat habet,quanq̄ Virgilius dixerit oribus.
Opes opis,per omnes caſus in ſingulari dea terræ eſſe configitur, Tellus quoq; dicta.
Opis in ntō nympha fuit,quam finxere poetæ Saturni vxorem.
Opis in genitiuo & generis fœminini,auxilium ſignificat,& facultatem,vt Iuno Lucina fur opem.& non opis eſt noſtræ, & tunc caret nominatiuo ſingulari,& toto plurali.
Hæc opes opum pluratiue tantum ſignificat diuitius, & potētiam.
Ego pronomen dici quoq; heteroclitum eſt,quia nominatiuus cum aliis caſibus nullam habet conuenientiam.Eſt autem a græcis ſumpta huius pronominis declinatio.
Interrogatiua,Diſtributiua.Infinita,Relatiua nomina carent vocatiuo.Simul & omnia pronomina exceptis quatuor,tu,meus, noſter,& noſtras.
Heſperus ſiue veſperus,hic veſper veſperis tertiæ declinationis dicitur.Eſt autem ſtella,quæ ante noctem apparet, mane autē lucifera latinis,a græcis phoſphorus appellatur.
¶ Veſpera veſperæ generis fœminini,vel hoc veſperum veſperi neutri,eſt extrema dici pars.hoc aūt veſper non recte dicitur.

Veſpertina ſalutario quomodo recte fiet.

¶ Dicant ergo qui volunt in principio noctis aliquem ſalutare,bona veſpera,vel bonum veſperum,vel bonus veſper, vel bonum veſperum.Nam ſerum diei,apud probatiſſimos auctores in frequenter legimus.Qui vero dicunt bonum ſero,imperitiſſime dicunt.non habeant præcor ſerum neq; lactis aliquid,ſed habeant vtinam bonum ſero,quod eſt tarde.Ri,rorum,cantant,re,rarū, tympana pulſant, & veſperos & veſperas non memini me legiſſe.

Ficus.

¶ Ficus,de quo nomine grammatici certāt,& ad huc ſub iudice lis eſt tam pro fructu q̄ pro arbore generis eſt fœminini pro fructu vero,magis vtar ſecunda declinatione,& pro arbore, quarte Omitto

auctoritates, quas in ipſis auctoribus ſatis abundaꝗ comperias.

¶Indoles.

¶Indoles nōmen, pluralem non habet. Eſt autem in pueris ſignum futuræ virtutis vel virium.

¶Præſto.

¶Præſto a nonnullis inter nomina ponitur, nullum tamen habet caſum, ſed ſolum cum ſubſtantiuo verbo tanquã nominaliter iungitur, vt præſto ſum, ideſt accinctus & præparatus. Nam præſto adſum poetice magis dicimus.

¶De Penu.

¶Hoc penu interdum indeclinabile reperitur. Dicitur tamen hæc penus, nus, nui, quartæ declinationis, & hoc penus penoris, tertiæ. Significat autem res omnes, quæ ad vſum longius temporis reponuntur domi & ad priuarum vſum pertinet. Nam illa quæ ad publicum victum ſpectãt, cõmeatus appellantur, quæ annona quoꝗ dici poteſt, quæ non ſolum frumentaria eſt, ſed carnium, piſcium, & aliarum huiuſmodi rerum.

¶Penarium vero neutri generis, vt docet Varro, locus eſt vbi hæc omnia reponuntur.

¶Inſtar.

¶Inſtar quidam nomen eſſe voluerunt indeclinabile. Significat autem ad ſimilitudinem, iungiturꝗ genitiuo ſine præpoſitione ad vt inſtar motis equum Græci fabricauere.

¶Repetundarum, & de repetundis.

¶Accuſatus repetundarum vel de repetundis aliquis dicitur, qui in prouinciali gubernatione aut vi aut dolo pecunias abſtulerit, precioſa vaſa, veſtes, frumenta, nummos, quæ ſub pecuniæ nomine intelliguntur. Nec dicimus in aliis caſibus cum de hac re loquimur, & cum dicis repetundarum, ſubintellige pecuniarum, & dei repetũdis, intellige pecuniis. Dubium autem eſt vtrum participium an nomen debeat appellari.

¶Partes noctis & diei.

Partes noctis ſolidæ ſunt, Veſpera, Conticinium, Intempeſtum, Gallicinium Lucifera, vt ait Seruius.

Partes vero diei ſunt. Mane, Ortus, Meridies, & Occaſus.

¶Diuiſio diei ſecundum Macrobium.

¶Macrobius uero lib. Saturnalium primo, ait diẽ quẽ ciuilẽ Romani appellauere, a ſexta noctis hora oriri, ꝗ dies ita diuidit. Primũ

tp̄s diei, dē mediæ noctis inclinatio. Deinde gallicinium. Inde co〈n〉ticinium, cum & galli cōticeſcunt, & homines tum quieſcūt. Deinde diluculū, cum incipiat dinoſci dies. Inde mane, cū dies clarus. Mane aūt dictum, aut ꝙ ab inferis locis. i. a manibus exordium lucis emergat, aut ꝙ verius mihi videtur, ab omine boni nois. Nam Iano bini mane pro bono dicūt, ſicut apud nos quoq contrarium eſt im mane, vt immanis bellua vel immane facinus. Deinde a man ad me ridiem hoc eſt ad medium diei. Inde iam ſupra vocatur tēpus occiduum, & mox ſuprema tēpeſtas, hoc eſt diei nouiſſimū tempus Sicut expreſſum eſt in duodecim tabulis. Solis occaſus ſuprema tem peſtas eſto. Deinde veſpera, quod a græcis tractū eſt. Illi. n. heſperā dicūt a ſtella heſpero, vnde & Heſperia. Italia ꝙ occaſui ſubiecta ſit nominatur. Ab hoc tpe prima fax dicit, deinde concubia, & inde intempeſtas, quæ non habet idoneum tempus rebus agendis. Hæc eſt diei ciuilis a Romanis obſeruata diuiſio.

¶Longum eſſet heteroclitorū pene infinitum numerum recenſere, quæ omnia apud auctorum vſum vario modo declinata reperiuntur. Omne enim ſuperuacuum pleno de pectore emanat.

¶DE FIGVRIS.

Figurarū quæ a græcis ſchemata appellantur, infinitus pene numerus eſt. Sed quæ ad grammaticos pertinent, aliæ ſunt dictionis, aliæ locutionis, aliæ cōſtructionis. De quibus aliquas magis neceſſarias trademus, & ī primis hoc modo figuram diffinimus. Figura eſt modus lōquendi in oratione latina, ab auctoribus repertus ad ornatum vel ad neceſſitatem.

De Barbariſmo & Solœciſmo.

¶In primis cauendum eſt a barbariſmo, & ſolœciſmo. Barbariſmus enim eſt, vitium in pronunciatiōe dictionis, vt ſi corripias hoc nomen annona, quod habet penultimam longam, & ſi producas hoc nomen caſeus quod, habet penultimam breuem, & ſic de ſingulis. Erit quoq barbariſmus ſi vtaris vocabulis barbaris, vt ſi dicas tregua & guerra, pro induciis & bello.

¶Solœciſmus autem eſt vitium per incongruitatem partium orationis, vt magiſter bona, & vos currunt, & ſimilia.

¶Omitto de barbariſmo & ſolœciſmo longas ambages. Nam ſatis erit pueris ſi nouerint, ita vt breuiter præcipimus, cauere ab his duobus vitiis. Cætera per ſeipſos poterunt ociofius intelligere.

¶Conſtructionis figuræ.

¶ Figuræ conſtructionis ſunt octo, videlicet, euocatio, appoſitio, conceptio ſiue ſylepſis, prolepſis, zeugma, ſynthcſis, antiptoſis, ſynecdoche.

De euocatione.

¶ Euocatio fit cum prima perſona vel ſecunda euocat ad ſe tertiã pariter ſine copula, vt ego Cantalycius ſtudeo, tu piger dormis. In qua quatuor requiruntur, perſona euocans, perſona euocata, remotio copulæ, & verbum quod cum perſona euocante concordet.

¶ De appoſitione.

¶ Appoſitio fit cum duæ dictiones copulatæ non ponuntur, ſiue adiectiua ſint ſiue ſubſtantiua, vt Ignauum fucos pecus a præſepibus arcent, fucos appoſitiue pecus ignauum. Et per duo adiectiua, ſi dicas, Paries candidus coloratus, & Teocritus Sinculus Siracuſanus, & Thuſcus Florentinus. Requiruntur in ea figura tria, Duo ſubſtantiua in eodem caſu, & id quod magis commune eſt ferre ſemper procedat. Hec autem figura inuenta eſt triplici ratione, vel cauſa reſtringendæ generalitatis, vt animal canis, vel cauſa remouendæ æquiuocationis, vt leo ſignum cœleſte, vel cauſa proprietatis attribuendæ, vt Virgilius poeta ſummus.

De conceptione ſiue ſyllepſi.

¶ Conceptio ſiue Syllepſis fit cum dignius concipit minus dignũ, vt Socrates & Fauſtina ſunt albi, nam nunc maſculinum, quod eſt dignius, concepit fœmininum minus dignum, concipit etiam neutrum, vt Socrates & hoc Brutum ſunt albi. Fœmininum quoq; concipit neutrum, tanq̃ minus dignum, vt Fauſtina & hoc Brutum ſunt albæ. &, per vim ſunt leges & plebiſcita coactæ. Fit quoq; ſyllepſis numero, vt pluralis concipit ſingularem, vt diſcipuli & præceptor ſtudent. Fit in perſona, cum prima perſona concipit, tanq̃ dignior, ſecundam & tertiam minus dignas, vt ego & tu & ille currimus. Secuuda etiam concipit tertiam, vt tu & ille curritis. Erit quoq; cõceptio ſi dixeris, Diſcipuli, cũ magiſtro ſunt ſtudioſi, ideſt & magiſter, & Remo cum fratre Quirinus, ideſt & frater, tu mecum ſtudemus, ideſt & tu & ego, Iphitus & Pelias mecum, ideſt & ego, vt eſt apud Virgilium. Sed non fit recte, quia perſona dignior, quæ concipere debet, cõcipitur. Erit in ſuper ſyllepſis ſi dixerit, Hic tuæ laudes, hic tua doctrina narrabitur. Nam quotienſcunq; nõia pluralis & ſingularis numeri connectuntur, reſpondemus, vt ait Seruius, viciniori, vt hic illius arma, hic currus fuit. Eadem & in diuerſis ge-

neribus eſt obſeruatio,vt magis vicino, ſiue maſculinum ſiue fœmininum reſpondeamus,vt vir & mulier magna ad me venit. Si ſit tamen plurali numero velimus,vti ad maſculinum tranſeamus neceſſe eſt,vt vir & mulier magni ad me venerunt.Requiruntur autẽ in hac figura quinq;,dictio concipiens,& dictio concepta, copulatiua coniunctio,vel præpoſitio cum,verbum vel adiectiuum pluralis numeri,& quod concordet cum perſona concipiente.
Eſt aũt ſyllepſis duplex,directa & indirecta.Directa.eſt,qñ fit p ſimiles numeros,perſonas diſſimiles, & genera diſſimilia Indirecta eſt qñ fit per paras pſonas,paria genera,& pares numeros, vt Petrus & Ioannes currunt.

De prolepſis.

¶ Prolepſis,quæ latine dicit̃ præſũptio,pmittit totũ & poſt ponit partes,vt aquilæ volauerũt,hæc ab oriẽte,illa ab occidẽte. Aut aqlarũ hæc ab oriente volauit,illa ab occidente.Eſt aũt prolepſis duplex,Explicite & implicita.Explicita eſt,ĩ qua cõcurrunt oĩa quæ requirunt̃ adeã,Implicita eſt,quæ non oĩno exprimit̃, vt vos amatis,alterũ,& alter alterius onera portate.Requiruntur in ea quinq;, Totum,partes,Diſtributio partium,proprietas,& Ordo.

De Zeugmate.

¶ Zeugma,eſt concluſi vnius verbi apte coniuncta diuerſis clauſulis,vt Troiugena interpres diuum qui numia Phœbi.Qui tripodas Clarii,lauros,qui numina ſentis,vt eſt apud Virgilium. Eſt autem zeugma triplex.¶ a ſuperiori,hoc eſt quando proprietas, ſeu verbũ præponit̃,vt lego ego & tu.A medio,hoc eſt quando verbum ponitur in medio,vt ego lego & tu.Ab inferiori,hoc eſt quando verbũ poſt ponit̃, vt ego & tu lego,& ſic,illius arma,hic currus fuit, licet hic poſſet eſſe Syllepſis,vt diximus.Requirunturq; ea tria.¶ duo aut plura diuerſa ſubſtantiua copulate,proprietas ſeu verbum & quod concordet cum vno illorum ſubſtantiuorum.

De ſyntheſi.

¶ Syntheſis,eſt vnius ꝓprietatis attributio vni vel pluribus copulatis,quod fit non vocis ſed ſignificati cauſa. vt turba ruſit,populus currunt.& pars ĩ fruſta ſecant,& Præneſte ſub ipſa. nã Preneſte cũ ſit generis neutri,dixit ipſa,referẽs vocẽ ad ſignificatũ ſignificat̃.n. ciuitas,q̃ eſt fœminini gñis.Et Terẽtius dixit, Eunuchũ ſuã, reſpiciẽs ad cõmœdiã,Et triſte lupus ſtabulis,& gẽs armati.Fit aũt ſyntheſis ĩ gñe,vt turba & cœtus ſũt albi.Et in numero,vt pars veniemus ad Cynthiã.Requirunt̃q; ĩ ſyntheſi tria,vnum ſubiectũ vel plu

ra copulata, proprietas, & attributio proprietatis cum ſignificato concordans, & non cum voce, vt roſa flos pulcher.

De Antiptoſi.

¶Antiptoſis eſt poſitio caſus pro caſu ſub aliqua proprietate. Populo vt placerēt quas feciſſet fabulas, fabulas pro fabulæ, vt vrbem quā ſtatuo veſtra eſt, ꝑ vrbs q̄uis aliter illud apud Terentium, & hoc apud Virgilium poſſet interpræatari. In hac tria requiruntur. Vnum ſubiectum, vna proprietas, & caſus poſitus pro caſu.

De Synecdoche.

¶Synecdoche figura duplex eſt, locutionis, & cōſtructionis. Locutionis, eſt quādo ſingularis ponitur pro plurali, & a Cicerone intellectio appellatur, vt hoſtis pro hoſtes, & miles pro milites, vbi ponitur pars pro toto. Synecdoche autem figura conſtructionis, eſt tributio partis ad aliquod totum ſub proprietate verbi vel adiectiui, vt homo albus dentes, & nympha nuda genu, & mulier redimita capillos, & os humeroſq; deo ſimilis, & ſic fit per adiectiua. Interdum per verba, vt doleo pedes, doleo caput. Et fit per verba paſſiua, vt expleri mentem nequit, & ſimilia. requiruntur q; in ea tria, totum, proprietas, & pars in accuſatiuo poſita.

De figuris aliis.

¶Protheſis, eſt figura quæ apponit ſyllabā in pricipio dictionis, vt renarro pro narro, renuncio ꝑ nuncio, reddo pro do, & ſimilia.

¶Aphæreſis, eſt figura huic contraria, aufert enim caput dictionis, vt mitto pro dimitto.

¶Syncopa vel ſyncope tollit ſyllabam de medio dictionis vel literam, vt dixit pro dixiſti, & amaſti pro amauiſti.

¶Epentheſis eſt huic contraria, auget enim ſyllabā in medio dictionis, vt induperator ꝑ imperator. Apocopa vel apocope aufert finē dictionis, vt dic, duc, fac, fer, pro. dice, duce, face, & fere.

¶Paragoga vel paragoge eſt huic cōtraria, addit. n. ſyllabā in fine dictionis, vt amarier ꝑ amari, & dicier pro dici, & legier pro legi.

¶Syſtole corripit producendum, vt ſi dicas ſteterunt, penultima ſyllaba breui, cum proferri debeat penultima longa, vt ſteteruntq; comæ & vox faucibus hæſit.

¶Ectaſis eſt huic contraria. Nam producit corripiendum, vt deteritis penultima longa, cum debeat proferri penultima breui.

¶Synalœpha vel ſynalœphe abiicit vocalē, vel, m, cum vocali, vt ſemper ego auditor, & litora multum ille.

¶ Synereſis coniungit ſyllabam in ſyllabam, vt fixerit aeripedem ceruam, & liquearibus aureis, & Aiacis Oilei.
¶ Diæreſis eſt huic contraria, diuidit enim ſyllabam, vt ſyluæ trium ſyllabarum, pro ſyluæ duarum ſyllabarum, & ſoluenda quatuor ſyllabarum, pro ſoluenda trium ſyllabarum.
¶ Metaphora, eſt tranſlatio per quandam ſimilitudinem, cauſa rei ponendæ ante oculos, vt in Perſio, Vdum & molle lutum eſt, & ſimilia.
¶ Liptote, eſt cum aliquid negatiue dicimus, & affirmatiue plus intelligimus, munera nec ſperno, ideſt libenter accipio.
¶ Antonomaſia, eſt excellētia, cum per cōmune intelligimus quid particulare, vt dum per Prophetam, per excellētiam intelligimus Dauid, & per Apoſtolum, paulum, per Poetam, Virgilium, & per Vrbem, intelligimus Romam.
¶ Hyperbole, eſt veritatis excedentia, cauſa rei augende vel minuendæ, vt velocior aura, & reſtitudine tardiores.
¶ Parœmia, eſt prouerbium rebus temporibuſq; accommodatum, vt lupus eſt in fabula.
¶ Periphraſis eſt circumlocutio, vt ouium fœtus, Ideſt agnos.
¶ Hyſterologia, vel hyſteron proteron, fit per ordinem præpoſterum, vt moriamur, & in media arma ruamus.
¶ Endiadis eſt reſolutio ſubſtantiui in adiectiuum, cum vna res in duas diuiditur, vt cum ait Virgilius, Pateris libamus, & auro, ideſt pateris aureis.
¶ Hyppalage eſt verborum commutatio, vt dare ventos claſſibus, pro claſſes ventis
¶ Emphaſis eſt, cum dixeris ſcelus pro ſcelerato,
¶ Sarcaſmos, eſt hoſtilis irriſio odio plena, vt Enagros & quā bello Troiane petiſti, Heſperiam metire iacens.
¶ Proſopopæia, eſt fictio poeticæ perſonæ, vt ſi dicas, Ego cœlum omnia tego, & ego terra aror.
¶ Onomatopæia eſt nominis fictio a ſono, vt tinnitus æris, & tubarum clangor.
¶ Chronographia, eſt temporis deſcriptio. Tempus erat quo prima quies &c.
¶ Topographia, eſt deſcriptio loci, vt lupus in vrbe fuit.
¶ Topopæia, eſt deſcriptio loci ficti, vt eſt in ſucceſſu lōgo locus.
¶ Anthypophora, eſt cum occurrimus tacitæ quæſtioni, ideſt cū re

ſpondemus quæſtioni quæ non ſit, ſed fieri poſſet, vt patet in auctoribus.

¶ Ironia interpretatur illuſio, cum contrarium ab eo quod dicimus intelligimus, ideſt cum aliud verba aliud continet ſenſus, vt apud Virgilium, egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis, & apud Terentium, O ſalue bone vir.

¶ Epitheton interpretatur adiectum vel impoſitum, & luna frigida, & nox humida.

¶ Metonimia interpretatur a Cicerone denominatio, vt cum ponitur Bacchus pro vino, & Ceres pro frumento. Et cum dicimus frigus pigrum, eo ꝙ pigris effectum in ferat, & cū ponitur materia, pro re formata, vt pinus pro naui, & ſimilia.

¶ Amphibologia eſt dubius ſermo, vt conſtat Græcos viciſſe Troianos, vel ſic. Tullius eſto hæres meus, Terentiæ vxori meæ triginta pondo auri dato quæ volet, vbi dubium eſt vtrum; quæ volet: Tullius, an Terentia.

¶ Periſſologia, eſt ſuperuacua verborum poſitio, vt faciem mutatus & ora Cupido, & cui mentem animumq; Dælius inſpirat vates.

¶ Occupatio, eſt cum dicimus nolle aliquid dicere & tunc maxime dicimus, vt ſi dicas nolo te appellare furem, nolem te furē dicere, & taceo adulteria tua. Et quid referā inſādas cædes, vt eſt in Virgilio.

¶ Apoſiopeſis, fit per reticentiam partis orationis neceſſariæ, vt gratia indignationis, apud Virgilium. Quos ego, ſed motos præſtat componere fluctus, quos ego, ſcilicet puniam, & Quid ais omnium, ſcilicet ſceleratiſſime. vt in Virgilio & Terentio.

¶ Alias pene infinitas figuras, poetarū interpretatione cognoſces quas diligenter conſiderare oportet.

Differentia Tropi & Metaplaſmi.

¶ Metaplaſmus eſt recti ſolitiq; ſermonis tranſmutatio in alteram ſpeciem, cauſa ornatus, metri, aut neceſſitatis. ſuntq; eius ſpecies quatuordecim, ſcilicet,

Protheſis	vt	renarro pro narro
Epentheſis	vt	induperator pro imperator
Paragoge	vt	dicier pro dici
Aphæreſis	vt	temno pro contemno
Syncope	vt	amaſti pro amauiſti
Apocope	vt	fac pro face
Ectaſis	vt	dederitis de longa pro de breui.

Syſtole	vt	ſteterunt te breui pro longa
Diæreſis	vt	ſyluæ triſyllabum, pro ſyllabo
Epiſynalæphe	vt	æripidem, pro aeripidem ceruam
Ellipſis	vt	multum ille & terris iactatus & alto
Synalæphe	vt	ſemper ego auditor.
Antitheſis	vt	olli pro illi
Metatheſis	vt	Euander pro Euandre

De Troppo.

¶Tropus, eſt dictio tranſlata a propria ſignificatiõe ad impropriã neceſſitatis aut ornatus cauſa. Sunt aũt tropi tredecim. Mataphora. Catachreſis vſurpatio alieni nominis cum proprium de eſt, cum ali qua dictio aliquid aliud a ſua propria ſignificatione denotat, ex hȷs quæ præceſſerunt, vt in Buccolico, Poſt aliquot mea regnã videns mirabor ariſtas.

Metalepſis	Metonymia	Antonomaſia
Epitheton	Synecdoche	Onomatopæia
Periphraſis	Hyperbaton	Hyperbole

¶Allegoria, cum aliud ſignificatur ab eo quod dicitur, Homæoſis, ſimilitudo, cum ſimilitudine alicuius cogniti de venimus inſimilitu dinẽ in cogniti. cuius ſpecies ſunt tres, Icõ, parabola, & paradigma.

¶Icon eſt, teſte Cicerone ad Herennium, cum formæ ad formam cum quadam ſimilitudine fit collatio, aut laudis aut vituperationis cauſa, vt Ibat in prælium corpore tauri validiſſimi, impetu leonis acerrimi. Similis iſte quotidie per forum tanquam iubatus draco ſerpit, dentibus aduncis.

¶Parabola, eſt rerum genere diſſimilium comparatio, vt apud Vir gilium. Qualis mutatus fugit cum ſuacius aram Taurus, & in certã excuſſit ceruice ſecurim. Parabola item, ait Quintilianus, quam Cicero Collationem vocat, longius quæ comparentur, repetere ſolet, vt tam fortiter periit apud Hipponem Scipio, quam vtiq; apud Vticam Cato.

¶Paradigma interpretatur a noſtris exemplum dicti ſcilicet vel facti alicuius, vt apud Virgilium æneidos primo, Antenor potuit mediis elapſus Achiuis &c. Et fieri ſolet tribus modis. Apari, vt apud eundem, Ac veluti magno in populo & reliqua Amaiore ad minus, vt Lucanus in primo. Qualiter expreſſum ventis per nubila flumen. A minori ad maius, vt Virgilius libro ſexto, Si potuit ma

nes acceſere coniungis Orpheus, Threicia fretus tichara, ergo ego multo magis pietate.

Aduerbia numeralia.

Semel	Septies	Tredecies
Bis	Octies	Quatuordecies
Ter	Nouies	Quindecies
Quater	Decies	Sexdecies
Quinquies	Vndecies	Decies ſepties
Sexies	Duodecies	Decies octies
		Decies nouies

Vities vel vigeties, ſed melius vities pro vigeties dicimus.
Vities vel vigeties ſemel.
Vities bis Vities ter Vities quater & cætera.

Aduerbia numeralia maiora.

Vities	vinte volte, pro vigeties
Trities	trenta volte, pro trigeties
Quadragies	quaranta volte, pro quadrageties
Quinquagies	cinquanta volte, pro quinquageties
Sexagies	ſeſſanta volte, pro ſexageties
Septuagies	ſettanta volte, pro ſeptuageties
Octogies	ottanta volte, pro octouageties
Nonagies	nonanta volte, pro nonageties
Centies	cento volte

Aduerbia numeralia poſt centum,

Centies	cento volte
Ducenties	ducento volte
Trecenties	trecento volte
Quadrigenties	quatrocento volte
Quingenties	cinquecento volte
Sexcenties	ſecento volte
Septingenties	ſettecento volte
Octingenties	ottocento volte
Nouigenties	nouecento volte
Millies	mille volte
Biſmillies	dua milia volte

Termillies tre milia volte
Quatermillies quatro milia volte, & cætera.
Millies millies, mille volte mille.

¶ CANTALYCII DE ARTE METRICA CANONES, AD CORNELIVM SVVM SPOLETINVM.

¶ Cantalycius Cornelio Spoletino.

DE ARTE Metrica veteres & noui mi Corneli ſcripſere quamplurimi. De nouis autem, quos ego ſciuerim, ſcripſere & quidem copioſiſſime atq; accuratiſſime Maturantius Peruſinus & Sulpitius Verulanus, viri certe hac noſtra ætate erudiſſimi, & quorum ſcripta multa affectiſſime perleguntur. Ego quoq; ſi inter tam claros viros loci aliquid merear breuiſſimos canones compilaui. Quibus ſine multarum longa rerum repetitione diſcipulos meos non vna in ciuitate, ita celeriter ad poeticam prouexi, vt paruo temporis interuallo Phœbi, & muſarum euaſerint familiariſſimi. Qui quidem canones quamquam in manibus multorum meorum diſcipulorum ſint, tamen emendatius, accuratiuſq; collectos tibi mi Corneli dedicatos mitto, vt per hoc tui Cantalycii paruum munuſculum Barbariem valeas euitare, & cum metricam per noueris, latine tẽ loqui poſſe non dubites. Vale.

De pedibus metricis vnde ſunt nominati.

¶ Pedes in carmine ideo ſunt appellati, qa ſicut homines & cætera animalia ſuis pedibus gradiuntur, ſic ſuis quoq; pedibus carmen videtur incedere. Eſt autẽ ipſe pes ſyllabarũ & tẽporũ certa dimẽſio.

De ſyllaba.

¶ Syllaba eſt comprehenſio ad minus duarum literarũ, & abuſiue vocales ſyllabæ dicuntur, tempus vero eſt ipſa mora pronunciãdi.

Vter & prior longi & breuis pedis.

¶ Conſtat breuem pedem ante longum inuentum eſſe. Nam breuis ſyllaba, quæ vnum habet tẽpus priuſq̃ longa reperta eſt, quæ duo habet tẽpora. Sicut vnus antequam duo.

Pedum diſtinctio.

¶ Pedum alii ſunt biſſyllabi. Alii triſyllabi, alii quadriſyllabi.

Pedes biſſyllabi.

¶ Spondæus, Trochæus, Iambus, Pyrrhichius.

De Spondæo.

¶ Spondæus conſtat ex duabus ſyllabis longis, vt ſcribunt, dictũq; volunt ſpondæum, a ſpondi, quod fœdus ſiue labamentum.i. ſacrificium ſignificat, in quo ſpondaico carmine vtebatur.

De Trochæo.

¶ Trochæus conſtat ex duabus ſyllabis, prima longa & ſecunda breui, vt iuſtus, voluntq; dictum eſſe trochæum, quia ſit volubilis, ſicut rota, quæ græce dicitur trochos, ideſt trochis, vel a verbo trochæo, ideſt trochazo, quod ſignificat curro.

De Iambo.

¶ Iambus conſtat ex duabus ſyllabis, prima breui, & ſecunda lõga voluntq; dictum iambum, ab Iambo inuentore, vel a verbo græco iambizo, quod eſt maledico, eo enim metro ad maledicentiam vtebantur, eiuſq; inuentor Archilochus fuit, Horatio dicente, Archilochum proprio rabies armauit iambo.

De Pyrrhichio.

¶ Pyrrhichius conſtat ex duabus ſyllabis breuibus, ſic appellatus, ab inuentore.

Pedes triſyllabi.

¶ Pedes triſyllabi octo ſunt, videlicet Dactylus, Amphibrachus, Amphimacrus, Tribrachus, Bacchius, penultima longa. Antibacchius penultima longa, Moloſſus, Anapæſtus.

¶ De dactylo.

¶ Dactylus conſtat ex tribus ſyllabis, ex prima longa & duabus breuibus, vt amaui. dictus dactylus ad dactylo digito, cuius ſimilis eſt in iuncturis, nam græce dactylos, digitum ſignificat.

De Amphibracho.

¶ Amphibracus conſtat ex tribus ſyllabis, prima, & tertia breuibus, & media longa, vt fuiſtis, dictus Amphibracus ab amphi quod eſt circum, & bracheas, quod eſt breues, eo ꝙ ſyllaba illa longa media, habeat circum ſed duas ſyllabas breues, brachyus enim græce breuis ſignificat.

¶ Amphimacrus conſtat ex tribus ſyllabis, prima & tertia longis, & media breui, vt veritas, dictus ab amphi, quod eſt circum, & macros, ideſt longus, quia illa media ſyllaba breuis, habet circum ſe duas longas. Nam macros, græce longus ſignificat.

De Tribracho.

¶ Tribrachius conſtat ex tribus ſyllabis breuibus, vt dominus. dictus, quia habet tris, ideſt tres, brachys, ideſt bracheas, ideſt breues.

De Bacchio.

¶ Bacchius conſtat ex tribus ſyllabis, prima breui, & duabus longis vt amares. dictus autem, vel ab inuentore, vel quia hoc pede vtebantur in verſibus Bacchi.

De Antibacchio.

¶ Antibacchius conſtat ex tribus ſyllabis, duabus longis, & tertia breuis, vt feciſtis, ita dictus eo, ꝙ ſit contrarius bacchio. anti enim græce contra ſignificat.

De Moloſſo.

¶ Moloſſus conſtat ex tribus longi, vt maieſtas. dictus autem vel a moloſta ideſt epirotica ſaluatione, vel a Moloſſo, qui eo pede in Iouis Templo celebratur.

De Anapæſto.

¶ Anapæſtus conſtat ex tribus ſyllabis, ex duabus breuibus & vltima longa, vt fueras, dictus eo, ꝙ ſit dactilo contrarius, græci enim dicunt anapalin, quod ſignificat e conuerſo.

Pedes quatriſyllabi.

¶ Pedes quatriſyllabi ſedecim ſunt, videlicet.

¶ Proceleumaticus, Diſpondæus, Diambus. Ditrochæus. Antiſtpaſtus, Choriambus, Ionicus maior, Ionicus minor, Pæon primus, Pæon ſecundus, Pæon tertius, Pæon quartus, Epitritus primus, Epitritus ſecundus, Epitritus tertius, Epitritus quartus.

De Proceleumatico.

¶ Proceleumaticus conſtat ex quatuor breuibus ſyllabis, vt pariete & ariete. Dictus quaſi primitus iuſſus, eo ꝙ in ſacris. Mineruæ prius eius pedis verſus pronunciari iubeantur. pro enim ante græci dicunt, & celero iubo.

De Diſpondæo.

¶ Diſpondæus dictus, ꝙ conſtet ex duobus ſpondæis, ideſt quatuor ſyllabis longis, vt oratores. a dyo quod eſt duo, & ſpondæus.

De Diambo.

Diambus dictus, ꝙ conſtet ex duobus iambis, ſcilicet breui &

longa, breui & longa vt miſerrimo.

De ditrochæo.

¶ Ditrochæus dictus, quaſi ex duobus trochæis. conſtat enim ex longa & breui, longa & breui vt perdidiſtis.

De antiſpaſto.

¶ Antiſpaſtus conſtat ex breui & duabus longis, & breui, vt fauebamus, conſtat enim ex iambo & trochæo, qui contrarii ſunt.

De Choriambo.

¶ Choriambus conſtat ex trochæo & iambo, ideſt ex longa & duabus mediis breuibus & longa, vt omnipotens, dictus, quia finiatur in iambum, & a Choræo, ideſt trocheo incipiat.

De Ionico maiori.

¶ Ionicus maior conſtat ex duabus breuibus & duabus longis, vt habuerunt, dictus ab Ionio Arcadis filio vel ab Ionibus.

De Ionico minori.

¶ Ionicus minor conſtat ex duabus longis, & duabus breuibus, vt maiorica & præconia.

De Pæone primo.

¶ Pæon primus conſtat ex longa & tribus breuibus, vt crediderat.

De pæone ſecundo.

¶ Pæon ſecundus conſtat ex breui, longa, & duabus breuibus, vt aquatilis, dictus Pæon a pæone.

De pæone tertio.

¶ Pæon tertius conſtat ex duabus breuibus, longa & breui, vt fueramus.

De Pæone quarto.

¶ Pæon quartus conſtat ex tribus breuibus & longa, vt celeritas.

De Epitrito primo.

¶ Epitritus primus conſtat ex breui & tribus longis, vt amauerunt & ſacerdotes, dictus quia ſupra tres alia diuerſa ponatur, ab epi, quod eſt ſupra, & tris, quod eſt tres. Nam in eo ſemper vna a tribus aliis diſcordat.

De Epitrito ſecundo.

¶ Epitritus ſecundus conſtat ex longa & breui, & duabus longis, vt redditurós.

De Epitrito tertio.

¶ Epitritus tertius conſtat ex duabus longis & breui & longa, vt, doctiſſimo.

De Epirito

Epitritus quartus conſtat ex tribus longis,& vna breui,vt clareſcebat,dictus ab epi quod eſt ſupra, & tris qud eſt tres, eo ꝙ ſupra tres ſyllabas alia diuerſa,vt diximus,ponatur.

Diomedes ſcribit pentaſyllabos quoqꝫ pedes, ideſt quinqꝫ ſyllabarum,qui ſunt duo & triginta,& hexaſyllabos,ideſt ſex ſyllabarū, qui ſunt.lxiiii.qui quidem in vſu non ſunt amplius.

De primis ſyllabis dictionum.

Primæ ſyllabæ omnium partiū orationis duobus modis cognoſcuntur,poſitione ſcilicet,& natura.Primæ autem ſyllabæ illæ dicuntur,quæ ſunt in principio dictionis.

Poſitio.

Poſitione ſyllaba prima cognoſcitur,quando poſt vocalē ſequūtur duæ aut plures conſonantes,aut vna conſonans duplex,vt eſt, x.&.z & tunc dicitur illa ſyllaba longa poſitione,vt arma, arcus, axis,Mezētius,& cum in ponitur in medio duarū vocalium,vt maior & peior.

Natura.

Natura autem trifariam intelligitur,videlicet diphthongo,exemplo,compoſitione.

Diphthongo,vt eſt æ.œ.au.eu.& ei, nam diphthongata ſyllaba longa eſt.

Exemplo,vt muſa mihi cauſas memoria Quæritur enim exēplo, an hoc nomen muſa habet primam longam,an breuem.

Compoſitione, vt impius, nam in hac compoſitione cognoſcimus quanta ſit pi,in hoc nomine pius,quanuis hoc in compoſitione aliqnando fallat.Nam cum dicimus nubere, nu longa eſt, cum vero dicimus pronuba & innuba,quæ componuntur a nubo , tunc nu breuis eſt.Sed hoc raro reperitur.Omnis ergo ſyllaba,quæ non eſt longa poſitione,ſiue ſit breuis,ſiue ſit longa,dicetur breuis longa,natura.

De mediis ſyllabis.

MEdiæ ſyllabæ ſunt, quæ ponūtur in medio dictionis.has tribus modis cognoſcimus, poſitionis, diphthongo, accentu,vt feciſtis,nocturnus, & ſimilia. Diphthongo, vt Lūthæus Sabæus,& cætera.Accentu qui duplex eſt,correptus & productus,Correptus eſt,quotiens ſine vlla mora vocis medias ſyllabas pronunciamus,vt macula,tabula,vinculum & ſimilia. Produ-

ctus vero, quotiens medias ſyllabas cum aliqua mora vocis, vt natura, fortuna & ſimilia, proferimus.

Sunt & alii ſyllabarum accentus, ſed duo, quos diximus, ſunt magis ad metricam neceſſarii.

De vltimis ſyllabis.

VLtimæ ſyllabæ dictionum tribus modis cognoſcuntur, poſitione, diphthongo, & regula. Poſitione, vt fallax, forma. Diphthongo, vt muſæ, poetæ, & ſimilia. Regula autem diuerſa, vt infra patebit.

Literarum diſtinctio.

Eſt tamen ſciendum ꝙ omnes literæ conſonantes dicuntur præter vocales. Ipſæ aũt cõſonantes diuiduntur in mutas, ſemiuocales & liquidas. Sed producere vel corripere ſyllabas, conſonantium eſt produci autem vel corripi, vocalium eſt, nam cõſonantes neqꝫ corripiuntur, neqꝫ producuntur, ſed producunt & corripiunt.

De terminatis in a.

Dictiones terminatæ in a vario modo ſe habent, nam ſi cauſales ſint, corripiuntur, vt poeta, muſa, & ſimilia, exceptis ablatiuis ſingularibus primæ declinationis, qui producuntur, vt ab hoc poeta, ab hac muſa, & alia.

Item excipiuntur vocatiui primæ declinationis venientes a nominatiuis terminatis in as, qui vocatiui producuntur, vt Aeneas, o Aenea & ſimilia, Verba primæ coniugationis producunt a in imperatiuo, vt ama, voca & ſimilia.

Item producuntur præpoſitiones terminatæ in a, vt vltra, infra extra, & ſimilia.

Item producuntur aduerbia terminata in a, vt interea, præterea, poſtea, antea, & ſimilia exceptis ita, & vt puta, & quia coniunctio. Ouidius tamen in faſtis corripit poſtea, niſi dixeris eſſe duas dictiones, cum ait, Poſtea mirabat.

Item producitur vna aduerbium congregandi. Terminata in ginta producunt a, vt triginta, quadraginta & alia. Sed terminata in genta, corripiunt, vt quadragenta, quigenta & alia.

Terminata in e

Terminata in e, vario quoqꝫ modo ſe habent. Nam nomina græca terminata in e, producuntur, vt Penelope, Nerine, & cætera.

Item producuntur monoſyllaba terminata in e, vt me, te, ſe, & quæ relatiua, namqꝫ pro & coniunctio, corripitur, & ſua compo-

ſita, vt quiſq;
¶ Ne quando ſignificat, vt non, producitur, quando vero ſignifi‑cat an vel certe, corripitur.
¶ Ve coniunctio corripitur, Ve interiectio producitur.
¶ Imperatiui modi ſecundæ coniugationis producunt e, vt doce, imple & ſimilia.
Virgilius tamen in Bucolico, Vale corripiunt obſequentem vocalem, Vale vale inquit Iolla.
¶ Item producunt e, vocatiui & ablatiui primæ declinationis venientes a nominibus terminatis in es, vt o Anchiſe, ab hoc Anchiſe o Laerte, & ſimlia.
¶ Item producuutur ablatiui quintæ declinationis, vt die meridie, ſpecie, facie, & reliqua.
¶ Fame quoq; ablatiuus producitur, quia olim quintæ fuit declinationes, fames famei.
¶ Item producuntur quidam ablatiui græci, vt Euphrat & ſimilia.
¶ Item producuntur aduerbia tetminate in e, vt iuſte docte recte. Exceptis male, bene, ſæpe, pene, ecce, numpe, quæ corripiũt. Quare, fere, ferme, producuntur.

De terminatis in I.

¶ Terminata in i, producuntur, vt domini, feci, legi, & ſimilia. Exceptis vocatiuis græcis, qui corripiũtur, vt Amar illi, Philli, Colchi, Priami, Tyberi, & ſimilia. Mihi, tibi, ſibi, niſi, quaſi, corripiunt primam ſyllabam, ſecundam vero poſſunt indifferenter producere & corripere.

De termnatis in o ad placitum.

¶ Terminata in o ad placitum ponantur, exceptis datiuis & ablatiuis ſingularibus ſecundæ declinationis, qui producuntur, vt huic domino ab hoc domino.
¶ Item excipiũtur monoſyllaba, quæ in o terminata producuntur vt do ſto & o aduerbium.
¶ Ego pronomen aut raro aut nunquã productum reperitur.
¶ Item græca nomina terminata in o producuntur, vt Celeno, Alecto, & ſimilia.
¶ Gerundia in o tam breuia q̃ longa apud auctores teperiuntur, vt cantando tu illum, apud Iuuenalem, Plurimus hic æger moritur vigilando, ſed illum.

Terminata in u.

¶Terminata in u producuntur cuncta ſine aliqua exceptione, vt cornu gelu, viſu, & ſimilia.

De terminata in as.

¶Terminata in as producũtur omni latina, vt poeta, amas & ſimilia. Excipiuntur græcæ terminationes, quæ corripiuntur, vt Ilias Pelias, lampas, Menas, phœbas, & alia ſimilia.

De terminatis in es.

¶Terminata in es latina producuntur, vt doces, dices, & ſimilia. Exceptis græcis, vt Atlantides, Froades. & ſimilia. Item exceptis nominibus terminatis in es tertiæ declinationis creſcentibus in genitiuis & mutantibus in i, penultima correpta, quæ corripiuntur, vt miles militis, eques equitis, ſoſpes ſoſpitis, ſtipes ſtipitis, hoſpes hoſpitis & ſimilia.

¶Item excipitur ſecunda perſona verbi ſubſtantiui. Sũ es eſt, quæ cum ſuis compoſitis breuiatur, vt potes, ades, & reliqua.

¶Item excipitur hoc nomen inquies, quod corripit es.

¶Item excipitur hæc præpoſitio penes, quæ corripitur.

Terminata in is.

¶Terminata in is breuiantur, vt legis, dicis, ignis, & cætera. Excipiuntur datiui & ablatiui plurales primæ & ſecundæ declinationis qui producuntur, vt poetis & dominis.

¶Item excipiuntur verba quartæ coniugationis quæ producunt is in ſecunda perſona indicatiui modi, in numero ſingulari, vt audis, neſcis & ſimilia.

¶Item excipitur ſubſtantiuum verbum cum ſuis compoſitis, quæ producunt is, vt poſſis adis proſis & cætera.

¶Item producuntur is pro es in accuſatiuo plurali, vt omnis ꝓ omnes, amantis pro amantes, tris pro tres, & cætera.

¶Item producitur quis pro quibus.

¶Item producuntur terminata in is, quæ penultima longa genitiuum creſcentem habent, vt lis litis, glis glitis, ſamnis ſamnitis.

¶Quis quando eſt interrogatiuum, corripitur.

¶Item corripiuntur mis, & tis, & bis.

¶Velis, Nolis, producunt is.

De terminatis in os.

¶Terminata in os, producuntur, vt illos, dominos, deos, bos, & os

oris. Exceptis genitiuis græcorum qui corripiuntur, vt Pallados, Arcados, Thebaidos & ſimilia. Os oſſis, teſte Priſc. corripit os. Cõpos, impos, corripiuntur. Item græca terminata in os corripiuntur, vt illos, Tyros, Neritos, chaos, & ſimilia.

¶ De terminatis in us.

¶ Terminata in us breuiantur, vt corpus, tp̃s ſcimus, legimus, &c. Excipiũtur monoſyllaba, quæ ꝓducuntur, vt plus, mus, ſus & opus

¶ Item excipiuntur nomina tertiæ declinationis termina in vs, habentia penultimam longam in genitiuo creſcente, quæ producũt us, vt virtus virtutis, ſalus ſalutis, palus paludis, tellus telluris.

¶ Item excipiuntur nomina quartæ declinationis, quæ producuntur in plurali, & genitiuo ſingulari.

¶ Item producuntur græca noĩa terminata in us quæ faciunt genitiuum in odis, vt melampus melampodis, œdipus œdipodis.

¶ Pantus propriũ Troiani nomẽ producit us, vt Pãthus, vt Otriades apud Virgilium. Cuius genitiuus eſt panthi.

De terminatis in C.

¶ Terminata in c, producuntur, vt dic, fac, duc, ſic. Excipiũtur donec, nec, quæ, corripiuntur. Hic aduerbium producitur. Hic pronomen; ponitur a poetis indifferenter.

De terminatis in B. D. M. P. T.

¶ Terminata in b, d, m, p, t, corripiuntur. Excipiuntur obit pro obiit firmat pro firmauit, quæ Producunt.

De terminatis in L.

¶ Terminata in l corripiuntur, vt ſemel, nihil, Hannibal, & ſimilia Excipiuntur nil, & ſol, & quædam barbara Michael, Gabriel, quæ pruducuntur.

De terminatis in N.

¶ Terminata in n, producuntur, vt Pæan, quod nomen ſignificat Apollinem & laudem Appollinis, titant, quin.

¶ Forſan, Forſitan, An, Tamen, Attamen, corripiunt N.

¶ Item corripiuntur terminata in n, habentia penultimam breuem in genitiuo creſcente, ſingularis numeri, vt nomen nominis, & græca quædam, vt Ilion, Pelion, quæ interdum producuntur. Non aduerbium producitur.

De Terminatis in R.

¶ Terminata in r corripiuntur, vt Cæſar, turtur, marmor, & ſimilia Excipiuntur aer, æther, crater, character, quæ producuntur. Nam

in nominatiuo habent in græcis literam u, quæ longa eſt, & in ge-
nitiuo latino mutatur in e, longam.

Cur Fur Lar Far Var Par Producunt R.

De præteritis.

Omnia præterita duarum ſyllabarũ longa ſunt, vt legi, feci, vidi faui, fugi, & ſimilia. Et ſic in præteritis pluſquã pfectis, & præteritis pfectis, futuris ſubiunctiuorum, & infinitiuorũ, vt legi, legeram, legiſſem, legerim, legero, & legiſſe. Excipiuntur ea præterito quæ habent vocalem ante vocalem, vt fui, & ſimilia, quæ corripiuntur.

Dedi Steti Bibi
Fidi a findo is. excipiuntur, quæ corripiuntur
Scidi a ſcendo is. Tuli.

Item excipiuntur quæ creſcunt in præterito, quæ corripiunt primam ſyllabam præteriti, vt

Totondi	a tondeo	Momordi	a mordeo
Tetendi	a tendo	Pepuli	a pello
Popoſci	a poſco	Spopondi	a ſpondeo
Pependi	a pendeo vel pendo	Pepedi	a pedo
Poſui	a pono	Coegi	a cogo

Cio is ciui citum quartæ coniugationis producit cit ci in preterito & ſupino.

Cieo es ciui citum ſecundæ cõiugationis corripit ci, in ſupino cum ſuis compoſitis, vt citus, & concitus, percitus, in citus. & reliqua.

De vocali ante vocalem.

Vocalis ante vocalem breuis eſt, vt meus, tuus, ſuus, & ſimilia. Excipiuntur tamen multa, vt patet in poetarum exemplis.

Dius Dia producunt primam.
Fio is qñ ē biſyllabũ ꝑducit primã, alias vero corripit.
Diana Eous poteſt producere & corripere primam.

De I, & V.

I, & u, poſitæ inter duas vocales habẽt vim duarũ cõſonantiũ, & ſic faciunt poſitionem, vt maior, peior, & audiui, vt ſupra diximus.

I, & v, iunctæ cum alia vocali in eadem ſyllaba tranſeunt in conſonantes, vt Iuno, volo & ſimilia.

De Compoſitis ab hac præpoſitione di.

Compoſita ex præpoſitione di producunt primam, diiudico, diuido. Excipiuntur tamen multa, Diſertus, Dirimo.

Dilēma græcum nomen corripit primam.

De Pro.

¶Pro & ſua compoſita producunt primam, exceptis Profundus Proauus Profectus Pronepos Profeſſus Proneptis, quæ corripiunt primam pro.

¶De diphthongo.

¶Diphthongus producitur, plerunq; tamen a poetis, ob vocalem ſequentem, corripitur, vt ſudibus ve præuſtis apud Virgilium. Deinde, Dehinc corripiunt primam contra regulam, propter vocalem ſequentem.

¶De liquidis.

¶Vt alias liquidas omittam vere liquidæ ſunt duæ. l. & r. Ideo liquidæ appellatæ, qa præcedentes ſyllabas liquidas faciant, hoc eſt nunc breues, nunc longas. Nam talis eſt regula, Liquida ſi poſita ē cum muta, facit ſyllabam præcedentem eſſe communem, ſi naturaliter fuerit breuis, aliter nō, vt pater pa, natura ſua breuis eſt, ergo per obliquos caſus, vbi erit liquida, & muta, pa, poterit eſſe communis. Sed frater, & mater, quia primam natura producunt, non poterunt in obliquis caſibus illam habere communem propter liquidam & mutam, & ita de cæteris intelligas.

De verſu Hexametro.

¶Verſus hexameter vel hexametrus, dicitur ab hex quod græce ſignificat ſex, & metros menſura, eo ꝙ habet ſex metra, ideſt ſex menſuras hoc eſt ſex pedes, vt Hāc tua Penelope lēto tibi mittit Vlyſſes

De verſus pentametro.

¶Verſus autem pentamenter vel pentametrus dicitur, quia cōſtat quinq; metris, ideſt pedibus, a pente quod eſt quinq;, & metros menſura, ſed in verſu hexametro ſemper in quinta ſede debet dactylus poni, niſi velis facere verſum ſpondaicū, qui in quinto loco habet ſpondæum pro dactylo, vt In valſem Aegerie deſcendimus & ſpeluncas. Inueuies quoq; plerunq; iambum in tertia ſede hexametri verſus, vt Luctus vbiq; pauor, & plurima mortis imago apud Virgi.

De pentametri ſcanſione.

¶Pentamenter verſus ſcandi poteſt duobus modis, primo, per anapeſtum, qui conſtat ex duabus ſyllabis breuibus & vltima longa, vt Nil mihi reſcribas, attamen ipſe veni. Nil mihi, dactylus ē, reſcri, ſpōdæus ē, bas, at, ſpōdeus temen i, anapæſtus, p ſe veni anapæſtus.

Sed eſt & alius modus facilior & iucundior ſine anapæſto, vt ſint quatuor pedes integri, & poſt ſecundum pedem ponatur vna ſyllaba, quam appellant catalectam ſiuæ ceſuram. Et poſt quartũ ped altera catalecta quæ duæ catalectæ vnum pedem faciunt ſyllabarũ duarum, quicunq; inciderit, ſiue ſpondæus ſiue trochæus, ſiue iãbus ſiue pyrrhichius, & ſic erunt quinq; integri pedes, vt recte pentameter appelletur. Atq; hoc modo ſcanditur, Nil mihi, dactylus eſt, reſcri, ſpondæus, bas, catalecta, attamẽ, dactylus eſt, ipſe ve, dactylus ni, altera catalecta, quæ duæ catalectæ nunc ſpondæum faciunt.

Cantalycius Cornelio Spoletino ſuo.

POtuiſſem mi corneli, nec ignoraſſem in his metricis regulis eſſe prolixior, ſed pueri, quo breuioribus regulis imbuuntur, eo citius cum Appolline, Muſiſq; loquuntur. Vale & me ama, vt ſoles ac debes.

FINIS.

Α α Ἄλφα Alpha, a, Β β ϐ Βῆτα Vita b, Γ γ ϛ Γάμμα Gamma g, Δ δ Δέλτα Delta d, Ε ε Ἔψιλον Epſilon e, Ζ ζ ξ ϛ Ζῆτα Zita z, Η η Ἦτα Ita e longum, Θ θ ϑ Θῆτα Thita th, Ι ι Ἰῶτα Iota i, Κ κ Κάππα Kappa c, Λ λ Λάμβδα Lambda l, Μ μ Μῦ My m, Ν ν Νῦ n, Ξ ξ Ξῖ Xi x, Ο ο Ὀμικρόν Omicron o paruum, Π π ϖ π Πῖ Pi p, Ρ ρ Ρῶ Rho r, Σ σ ς Σῖγμα Sigma s, Τ τ Ταῦ Taf t, Υ υ Ὕψιλον Ypſilon y, Φ φ Phi ph, Χ χ Χ Ch ch, Ψ ψ Ψῖ Pſi pſ, Ω ω Ὠμέγα Omega O magnum

Impreſſum Romæ per Antonium Bladum
Aſulanum Anno Domini

M. D. XXXXII.

130.835

Imp. Zeugh N 33 del 1-8-933

22 89

192586

dl 5

BIBLIOTECA NA
13
Digitized by Google